

16149
SYMBOLAE QUAEDAM
AD
PROCESSUS ENDOSMOTICI
COGNITIONEM.

DISSESSATIO INAUGURALIS
QUAM
CONSENSU ET AUCTORITATE
GRATIOSI MEDICORUM ORDINIS
IN
UNIVERSITATE LITERARUM CÆSAREA
DORPATENSI


AD GRADUM

DOCTORIS INDIGNITAE

RITE ADIPISCENDUM

LOCO CONSUETO PALAM DEFENDET
AUCTOR

Benjaminus Stadion.



DORPATI LIVONORUM.

TYPIS VIDUÆ J. C. SCHÜNNMANN ET C. MATTIESENI.

1856.

I m p r i m a t u r
haec dissertatio; ea conditione, ut, simulac typis excusa fuerit,
numerus exemplorum legi praecriptus collegio tradatur ad libros
explorandos constituto.

Dorpati Livon. die IX. mens. Augusti a. MDCCCLVI.

Dr. Samson,
ord. med. b. t. Decanus.

N° 189.
(L. S.)

PRAECEPTORI SUMME VENERANDO,

PROFESSORI ILLUSTRISSIMO,

D^{RI} FRIDERICO BIDDER

HAS PAGELLAS

PIO GRATIOQUE ANIMO

OFFERT

Auctor.

Praefatio.

Dissertatio inauguralis, si vere judicamus, praefatione non eget, quoniam et finis, quem propositum habet, primo adspectu apparet, nec, quo modo quaque ratione composita sit, opus est, ut in praefatione exponatur, quia ejusmodi commentationes non tanto sunt ambitu et in ipso earum contextu quaeque ad id necessaria inveniuntur. Nihilominus tamen praefationem ut conscribam, duae me impellunt causae. Primum enim lectorem benevolum admoneam opportet, hanc commentationem, qualis nunc in medium proferatur, jam anno 1853 in alium quendam finem conscriptam fuisse meque, quum mea plurimi intersit, ut ad gradum doctoris medicinac rite adipiscendum dissertationem quam primum defendam, ne quiisse experimenta tunc temporis instituta perficere atque augere, neque litterarum, quae de hac materia aetate recentissima publici juris factae sunt, rationem habere potuisse. Quae cum ita sint, precor, ne vel justo velocius vel quae ab

aliis comperta sunt, negligens ita egiisse credar; sed tum ex temporis penuria tum ex taedio jam scripta denuo resingendi et commutandi excusatio petatur.

Altera autem causa haec est, quod praetermittere nolui hanc occasionem, officium quoddam, quo me animi grati sensus perpellit, exsequendi. Namque, hanc commentationem dum in medium profero simulque curriculum, quod in hac litterarum universitate studiis colendis transegi, finio, facere non possum, quin paeceptoribus meis dilectissimis maximeque venerandis, quidquid ab iis utile bonumque didici, toto animo gratias debitas persolvam. Quos viros celeberrimos ut quem scientia atque cognitione, tum humanitate atque liberalitate imiter et, si quidem potuero, adaequem omni tempore mihi primum atque antiquissimum erit. Et quoquo fortuna me duxerit, ubique intimeae venerationis atque observantiae sensus erga eos me tenebunt, qui me docuerint litteras artesque amare et veritate omnia inferiora ducere.

Introductio.

Quemadmodum postquam Newton leges gravitatis primus cognovit, disciplinis physicis nova lux atque vita allata est, ita naturae organicae investigationibus, quum Harvey sanguinis circulationem, Schleiden cellulam organicam descripsisset, uox omnino via strata atque munita est. Quae observationes cum ipsorum observatorum nominibus dubitare non possumus quin, dum tempora erunt, in scientiae humanae monumentis in aeternum conservatae maneant. Namque paeclarata atque eximia non solum ea, quae viri docti, quos diximus, scrutando evicerunt, sed etiam quum latius latiusque propagata essent, insignes erant, quos exhibuerunt effectus. Ex illis enim quae offici possent conclusiones, quum late atque paeno in infinitum patarent, cum summa onus admiratione viderunt, hominesque intelligentes, ad quod fastigium mens scrutatrix erecta esset contemplantes, non poterant quin maxima implerentur veneratione. At non minore jure, quam hi eximi atque largissimi indefessae diligentiae et sagacium conclusionum fructus, principem locum obtinet aliud quoddam eventum, gravissimum et ipsum et splendidum, quod, casu cognitum, si obiter intueare admodum simplex, at re vera per quam complicatum, imperitis neglectum atque incognitum, a solis viris eruditis eo, quo dignum est, modo aestimatur. — Et re vera simplicissimo illo phaenomeno, quo duo certae cujusdam qualitatibus fluida heterogenea, stilativa vel gasiformia, septo certa natura praedito direpta, inter se conjunctionem inre posse videmus, gravissimi processus ad vegetationem naturae organicae pertinentes, innituntur. — Etenim nutritio, exsudatio atque resorptio, quae tria momenta, inter se juncta, totam complectunt naturam vegetativam, in legibus diffusionis vel endosmoseos sunt positae; et vel eam ob causam quod, phaenomeno illo cognito, mystica et commenticia de vi vitali doctrina, ab omni accurata rerum pervestigatione

aliena, saltem ad vegetationem quod attinet, priore sua auctoritate fere tota privata est, haec de qua agimus endosmosis digna est, cui inter inventa atque observationes, quae impingerrimis nostri saeculi studiis accepta referimus, haud ultimum assignetur locus.

Duo viri docti, Fischer (1814) et Dutrochet (1816), seorsum ut hoc phaenomenon observarent, casu adducti sunt; ex quibus alterius memoria, quod phaenomenon forte inventum quantum utilitatis disciplinac afferre posset, vix perspiciebat, paene jam tota evanuit, alter, phaenomeni leges ad processus organismi illustrando adhibere conatus, processui, quem observarat, nomine *endosmosi* et *exosmosi* imposito, ex inventi splendore aliquam sui nominis adeptus est claritatem.

Hoc loco non alienum fuerit, processus endosmoseos quo modo amplius perquisitus atque indagatus sit, suspectu historico explicare; quod tamen, quum a viro summe venerando¹⁾ apte commodeque jam expositum sit, mihi hoc tantum commemorare licet, post Dutrochet viros permulcos eosque ingeniosissimos, processus, de quo quaerimus, quanti momenti esset, probe intelligentes, in ejus disquisitione, quam physiologiae, quo statu hodie est, gravissimas praebituras summas, certo sperare possumus, cum egregio studio atque diligentia esse versatos.

Attamen ingenium humanum, sola phaenomeni alicujus vel processus observatione non acquiescens, statim in caussas atque conditiones et momenta, quibus praesentibus phaenomenon efficiatur ac provocetur, inquirere studet. Neque igitur mirandum, quod, processu endosmotico vixdum reperto, variae, quibus explanaretur, rationes prolatae sunt; quae tamen, quum essent praematureae, fieri non potuit, quin mancas sese atque imperfectas exhiberent. → Post Dutrochet, cuius improbabilis sane de vi electrica in endosmosi doctrina perpaucos nacta est fautores, prae ceteris Poisson, Magnus, Brücke et Jolly multimadis ad endosmoseos rationem statuendam incubuerunt. Praecipue Jolly hoc sibi vindicat meritum, quod et processum endosmoticum nova quadam, ad id tempus nondum cognita, via perscrutatus est, et virorum doctorum studium processus illius perspicendi de integro excitavit, quo factum est, ut brevi post illum tempore Ludwig et Cloëtta observations suas hic pertinentes instituerent. Doctrinam a d^{mo}

Jolly prolatam quum, quemadmodum vir illustrissimus copiosius demonstravit, non omnino sufficere intellectum esset, idem vir doctissimus, prof. Buchheim, qui quidem jam multum operae ad endosmoscos studium contulerat, aliam quandam eaque simpliciorem et probabiliorem proposuit rationem²⁾. Huic rationi, quae et simplicitate et stricta argumentatione magnam habet commendationem, per se quidem ad hunc diem nihil est, quod repugnet; observationes autem factae quatenus ejus patrocinium suscipiant, his nostris propositum est perquisitionibus, ut uberior ostendatur.

Quaestionis, quae nobis explicanda est, summa haec est, ut eruat, quac ratio salium hygroskopicitati cum aequivalentiis endosmoticiis, quae dicuntur, intercedat. Quod quum ita sit, duae experimentorum series insituenda erunt, quarum altera id agat, ut salum hygroskopicitas cognoscatur, altera aquae copiam, quae in apparatu endosmotico salis locum occupet, certius definiat. Quae pericula, quum separati suscipi et possint et debeant, eodem tempore a me sunt factitata; quia de causa, utram seriem hoc loco priorem afferam, non magni interest. Quum autem in illustrandis quibusvis observationibus et experimentis ea obtineat regula, ut semper a simplicissimo quoque ad magis complicita transitus fiat, nostra autem in re, uti per se intelligitur, hygroskopicitas salium simplicior sit, nunc ab iis periculis, quibus illam certius indagare conati sumus, initium facere licet.

2) Archiv für physiolog. Heilkunde. 1853. pag. 226.

1) Vierordt: vide Archiv für physiolog. Heilkunde. 1846. Heft 4.

I. Experimenta de salium hygroscopicitate factitata.

Mirationem fortasse moveat, quod in ipso principio primi commentationis capititis exemplo ad exponentia experimenta accedam, nulla prius mentione injecta de natura hygroscopicitatis, deque ratione, quae ipsi cum solubilitate sit atque de indole ejus chemica et physica. Attamen, ea omnia quum alibi jam compluries explanata sint, praesertim tempore nuperissimo a Dr^e. Sch w e d e ³⁾ et in primis a praeceptorre honoratissimo Pr^r. Buchheim⁴⁾ cadem iterum repetebo sane superfluum est atque supervacaneum; quam ob rem, lectoribus benevolis ad illa, quae memoravimus, scripta delegatis, statim ad ipsa pericula a me suscepta transiitrus sum.

Quam in instituendis experimentis secutus sum, methodus, illi, qua usus fuit Sch w e d e , perquam est similis, evitatis videlicet quam diligentissime, quae illo ipse indicavit, incommodes vitiosque.

Vasa, quibus salia, in quorum hygroscopicitatem inquisitorum eram, immitterem, vitrea adhibebam, drachman capientia, 30 millimetra longa, ac diametro 20 millimetrum praedita. Orificio diametros millimetra 15—16 aquabat. Quae vasa ne forte inter se confunderem ac permiscerem, singulis, ope adamantis, numerum certum incideram. Pulverem, si qui adhaereret, ut amoverem, vascula quam diligentissime abluebam ac purgabam, quo facto, colore 400° C. siccata quum celeriter pensavissem, quo quodque pondere esset, notabam. Salia, quae in usum converti, omnia chemice mera erant, quaeque aquam continebant, ea semper, priusquam experimenti initium facerem, in balneo aëris fervefaciendo, aquae expertia reddebam. Salium parvulae copiae, plerunque grammatis partes, vasis vitreis infusae, postquam simul cum vasis trutina examinatae indeque, ut aquae expertes esse constaret, una cum vasis vitreis fervefactae erant, iterum pendebantur. Itaque, de ducto vasculi pondere, quantum, salis contenti aqua liberi pon-

dus esset, cognoscetam. Quae vasa vitrea, eo, quo diximus, modo salibus immissis inde in majora et ipsa e vitro parata, imponebantur, 100 millimetra longa, diametro 180 millim. praedita. Quorum vasorum in fundo aqua^{*)} inerat altitudine pollicari. Vasa autem vitrea, quae salia continebant, non in ipso collocabantur fundo, sed potius in parvulis tripodibus, e lamina ferrea, vernice obducta, confectis. Quo facto, quum vasa laminis vitreis bene adaptatis oclusa essent, commissurae laminarum vasorumque sebo implebantur. Sali, quod in vaseculo vitreo inerat; superficies dabatur, quam maxime fieri posset, aequalis; quae res tamen, quum vasculis non fundi plani, sed pululumb concavo-convexi essent, plerunque imperfecte successit. Vasa autem similia, fundis aequis instructa, quamquam opera data, obtinere tamen non potueram.

Jam Dr. Sch w e d e ⁵⁾, si duo salia, quorum dispar esset hygroscopicitas, in unum vas, cuius fundum aqua occuparet, imponerentur, illud sal, admonuit, quod majore excelleret hygroscopicitate, fere omnes aquae vapores attrahere ideoque alterius salis aquam recipiendi facultati non satisficeret. Quia causa commotus, nunquam salia diversa in unum idemque vas imponebam, sed stum cuique destinabam, singulorum tamen salium ternis adhibitis portionibus, ut ea. inter se se comparari possent.

Trutina, quae in promptu erat, potestatem mihi faciebat compensationes suscipiendi quam accuratissimas, utpote in qua, altera lance vel dimidia, tertiae milligrammatis parte alterius pondus superante, exemplo ligula sat conspicuum in modum loco moveretur.

Aëris temperatura ope instrumenti octoginta graduum, subtiliter atque affabre elaborati, in quo singuli gradus in denas distributi erant partes, definiebatur. Gradus igitur temperie, in experimentis de salium hygroscopicitate aflat, omnes secundum scalam Reaumurianam indicati sunt. Pondera grammatis sunt constituta.

^{*)} Nominis „aqua“ semper destillatam dico, quippe qui solam hanc ad omnia adhibeberim experimenta.

5) I. e. pag. 53.

3) Experimenta quadam de Hygroscopicitate. Dorpati 1851. pag. 9—16.

4) I. e. pag. 217—220.

A Kalendis Februarii mensis usque ad diem	Tempus, per quod experimentum du-
vigesimum sextum.	rabat.
14,44° R. seu 18,05° C.	Temper. series me- dia.
	Numerus vasis vitrii substantia.
12,2955 0,0285 0,2850 0,2511 0,2765 0,3072 0,3159 1,4631 2,33	Pondus vasis vi- tri ciuii cum substanc- ia.
12,2752 0,0842 0,3128 0,3335 0,3575 0,3700 0,3916 1,7733 2,59	Pondus substantia- tis solius.
12,4835 0,5135 0,5007 0,2620 0,2748 0,2594 0,2785 0,2985 1,3615	Incrementa horis 120 elapsis.
13,0165 0,5007 0,2620 0,2748 0,2594 0,2785 0,2985 1,3615 2,119	Increm. iterum ho- ris 120 elapsis.
5,1 CINH ₄ 0,5023 0,2187 0,2487 0,2293 0,2493 0,2682 0,2882 2,333	Increm. iterum ho- ris 120 elapsis.
12,2664 0,5357 0,2145 0,2450 0,2233 0,2495 0,2745 1,2143 2,308	Increm. iterum ho- ris 120 elapsis.
10,2499 0,7880 0,2371 0,2610 0,2245 0,2561 0,2817 1,1857 1,92	Increm. iterum ho- ris 120 elapsis.
14,4500 0,6581 0,2225 0,2395 0,2165 0,2300 0,2260 1,1405 1,74	Increm. iterum ho- ris 120 elapsis.
13,5855 0,1020 0,2222 0,2373 0,2150 0,2470 0,2437 1,1752 1,67	Increm. iterum ho- ris 120 elapsis.
12,2143 0,9253 0,1916 0,2614 0,1872 0,2020 0,1981 0,1963 1,27	Increm. iterum ho- ris 120 elapsis.
11,2030 0,7920 0,1072 0,1972 0,1738 0,1703 0,1722 0,5735 1,02	Increm. iterum ho- ris 120 elapsis.
14,7232 0,6752 0,1938 0,1586 0,1400 0,1618 0,1667 0,8318 1,22	Increm. iterum ho- ris 120 elapsis.
11,9335 0,3045 0,0500 0,0375 0,0594 0,0532 0,0561 0,2782 0,518	Increm. iterum ho- ris 120 elapsis.
10,6655 0,7533 0,0530 0,0350 0,0615 0,0532 0,0587 0,2950 0,391	Increm. iterum ho- ris 120 elapsis.
14,0605 0,7221 0,0535 0,0335 0,0623 0,0610 0,0519 0,2822 0,388	Increm. iterum ho- ris 120 elapsis.
10,12,5221 0,1511 0,0109 0,0160 0,0166 0,0109 0,0085 0,0076 0,0520 0,084	Increm. iterum ho- ris 120 elapsis.
17,0809 0,7237 0,0116 0,0166 0,0109 0,0109 0,0099 0,0056 0,0816 0,081	Increm. iterum ho- ris 120 elapsis.
12,5770 0,3380 0,0095 0,0115 0,0058 0,0056 0,0036 0,0422 0,0715	Medius numerus.
0,081 0,432 1,213 1,643 -2,453 2,614	Incr. relativa sale culinarii pro 100 posito.
3,1 16,5 62,8 93,8 100	

Experimentorum series prima.

Numeros in hac tabula allatos si quis diligentius considererit, pleraque salia, uti: sal calinare, ammonium sulphur, sal ammoniacum et natrum sulphur., certa quadam aquae quantitate attracta, non solum affinitatem suam ad aquam non amittere, verum etiam auctam ostendere, videbit. Vermatamen, id, quod jam experimenta a Dr^e Sch w e d^e ⁶) instituta demonststrant, dubitare non possumus, salia, si vel diutius in atmosphaera vaporibus aquac impleta mansissent, ad postremum perparum aut nihil aquae recepta fuisse. Quae pericula tamen milii supervacaneum videbatur ulterius perseQUI, quia praescritus eventus eorum magis minusve sit cognitus. Nitrum vel nunc videmus, horis 360 transactis, summum fastigium affinitatis ad aquam attigisse, indeque jam vi paululum minutis aquae vapores ad se attrahere.

Deinde, numeros propositos si amplius examinaverimus, quamquam summa adhibita diligentia atque cautione, quamquam et ponderibus quam accuratissime definitis, tamen tres portiones uniuscujusque salis non parem aquae copiam excepsisse, animadvertisimus. Etenim, quod ad natr. sulphur. spectat 0,8253 grammata salis 1,0463 grammata aquae, 0,7920 gr. salis 0,8733 gr. aquae et 0,6782 gr. salis 0,8348 gr. aquae attraxisse cernimus. Quia in re licet quantitatibus salis majoribus copia aquac absoluta major conveniat, tamen vel primo adspectu inaequabilitas in qua recipienda, si quidem aquae copiam ad partes centesimas revocaris, mirationem movet. Tum enim portionem 0,8253 gr. salis aquae 127 p. c., portionem gr. 0,7920 aquae 115 p. c. et portionem 0,6782 salis aquae 122 p. c. attraxisse videmus. In periculis de sale culinari factis, portionem tertiam, quamvis absolute minor fuerit, portione prima, tamen quantitatatem aquae absolute maiorem receperisse animadvertisimus.

Attamen, ut mea fert opinio, hacc varietatis atque inaequabilitatis hisce certe rebus innititur. Vasa vitrea, que in usum vocavi, diametrum habebant magis minusve parcm, quo fiebat, ut eae salium facies, quac effectui aeris atmosphaericæ aquæ vaporibus repleti exponeretur, satis aequæ essent, salium quantitatibus contra inter se differentibus, ita ut, majoribus adhibitis copiis, sola superiora salium strata sine ullo impedimento aquam attrahere possent. Strata inferiora autem, ne-

cesse erat, tantum a stratis proxime superius positis aquam excipere, qua re fieri non potuit, quin ipsa minorem aquae copiam attraherent. Quo si adjeceris, quod vasa vitrea, etiam si in universum pari diametro essent, tamen parietes habebant diversae crassitie, ita ut diametros internas necesse esset inter se discrepare, haud mirandum esse intelligas, quod etiam paribus salium quantitatibus adhibitis, parvae observatae fuerint differentiae. Quod incommodum evitari vix potuerit, nisi vasis utendo, omnino pari diametro interna instructis, fundoque omnino plano praeditis, quod tamen cur in pervestigationibus a me institutis non contigerit, haud ita difficile est intelligere.

Experimentorum series secunda.

Experiments dureh.	Aéris tempe- rature sec. Reau- muri.	Numeros vitis viti.	Substancia.	Pontus vasis vitri cum sato.	Portas salis serifis.	Invenientia absoluta.	Invenientia unius genusatis comunitata.	Medius aume- nitus.	Intr. relat. sate nihil pro 100 parti temp. aëris media.
Minim. 9,7° R.; Maxim. 15,4° R.									
1.	12,7777	0,6964	0,6413	0,921					
2.	12,7137	0,6697	0,6533	0,973					
3.	12,1394	0,4744	0,1751	0,369					
4.	10,1450	0,5510	0,1890	0,343					
5.	12,5870	0,6170	0,1755	0,281					
6.	13,1314	0,5856	0,9066	1,640					
7.	11,0776	0,5216	0,8788	1,685					
8.	12,2688	0,5331	0,8658	1,680					
9.	12,6085	0,5127	0,9493	1,852					
10.	13,0024	0,5274	0,9325	1,768					
11.	13,9730	0,3570	0,6192	1,733					
12.	11,8980	0,5290	0,0210	0,039					
13.	15,0980	0,4923	0,0190	0,038					
14.	14,5644	0,5174	0,0211	0,040					
15.	11,5789	0,5819	1,0335	1,776					
16.	9,9415	0,5263	0,9572	1,818					
17.	13,9085	0,6261	0,9045	1,545					
18.	12,0510	0,6006	1,4310	2,166					
19.	13,0185	0,6000	1,4230	2,371					
20.	12,4233	0,5727	1,3334	2,328					
21.	2,288,	1,713,	0,039,	1,785,	1,668	0,331	1,036		
22.									
100.	74,6.	1,7	78,0.	73,8.	14,5.	45,3.			
									12,74° R. seu 15,925° C.

Haec quoque experimenta eadem, qua seriei superioris, ratione instituta, eo indercedente discriminé, quod pensationes

in prioribus hora quaque centesima vigesima factas nunc omittebam. Quia agendi ratione ut uterer, ea me permovit causa, quod prohibitus erat, quominus lamina vitrea sublata atque inter pendendum per evaporationem decrementa existenter.

Aquac copiæ in hac tabula allatae, si absolute judicaveris, cum copiis, quales in serie superiori erant, comparatae minores cernuntur, cuius rei causa in eo verisimiliter est posita, quod temporis spatium per quod haec continuabantur pericula, horarum erat sexcentarum, in experimentis secundae seriei quadringentarum octoginta, quo accedit, quod in hac periculorum serie aëris temperatura media 2° inferior erat, quam in superiori.

Verum copiae aquae relatiyae in hac serie plus ostendunt discrepantiae. Quicmadmodum enim nuae in natro sulphur. 45,3, in kali nitrico 44,5, in kali oxymuriatico 4,7 obtinimus, quibus numeris haec pericula cum experimentis seriei prioris de eisdem salibus susceptis satis congruent; ita in serie secunda incrementa relativa salis ammoniaci 73,8 et ammonii sulphur. 78,0 obtulerunt, quae copiac cum copiis respectibus seriei prioris nullo modo concidunt. Quae differentiae etiam eo, quem supra attulimus, modo explicari non possint, quoniam ibi non exposuimus nisi qua causa fieret, ut singulæ portiones unius ejusdemque salis in una experimentorum serie varient, tamen mihi videor aliam rem reprehendisse, quoac hisce discrepantis ansam dedisse credatur. Ne tamen eadem saepius repetere cogar, ad conclusiones, ex periculorum series III et IV paulo post exponentibus deductas, lectorem relego, ex quibus probabilis harum differentiarum causa repetatur. Ceterum facile concesserim etiam alia quaedam momenta hac in re quasdam partes et agere posse et, quantum verisimile est, ro vera agere.

Jam duas propositurus sum experimentorum series, aëris temperie longe diversa factorum. Gradibus temperaturae altioribus ex gr. 40—50° C. nulla ejusmodi pericula suscipe poteramus, quoniam tanto calore adhibito, aqua, velhemineo evaporatione, forma guitarum satis magnarum vasis exterioris operculum obtinet, quac quidem guttae, metuendum est ne in vascula minora salia continentia decidant.

Experimentorum series tertia.

Tempus per quod exper. durbat.	Per horas 480.	Aëris tempe- ratura.	Numerus va- sis virtutis.	Salt.	Pondus vasis virtutis cum salis.	Pontus salis solidus.	Invenientia absoluta.	Medius numeris.	Intr. relativa sali culinaria pro 100 posito.
Aëris temper. inter 5,60 et 80 R. fluctuat.	19.	11,2784	0,3380	0,9376	2,774				
	20.	12,7405	0,3220	0,9695	3,010				
	21.	12,1755	0,3249	0,9088	2,791				
1.	12,2255	0,3185	0,5575	1,753					
2.	12,4374	0,3361	0,5258	1,475					
3.	12,3953	0,3523	0,5361	1,521					
7.	12,0991	0,3633	0,6766	1,862					
8.	10,9275	0,3715	0,6168	1,660					
9.	12,0890	0,3533	0,6242	1,766					
10.	12,4450	0,3192	0,0572	0,164					
11.	11,8322	0,3572	0,0548	0,154					
12.	13,9520	0,3360	0,0600	0,178					

Experimentorum series quarta.

Tempus per quod exper. durbat.	Per horas 480.	Aëris tempe- ratura.	Numerus va- sis virtutis.	Salt.	Pondus vasis virtutis cum salis.	Pontus salis solidus.	Invenientia absoluta.	Medius numeris.	Intr. relativa sali culinaria pro 100 posito.
Inter 10 et + 2,40 R. fluctuat.	22.	11,7508	0,3224	0,5062	1,570				
	23.	13,3746	0,3166	0,4896	1,546				
	24.	12,8825	0,3319	0,4660	1,404				
	13.	11,6920	0,3230	0,3385	1,018				
	14.	15,7300	0,3135	0,3150	1,003				
	15.	14,3642	0,3172	0,3131	0,987				
	16.	11,3390	0,3420	0,3280	0,960				
	17.	9,7570	0,3418	0,3170	0,927				
	18.	13,6728	0,3304	0,3077	0,931				
	5.	9,9577	0,3637	0,3438	0,945				
	5'.	13,5118	0,4848	0,4182	0,863				
	17.	13,4520	0,3470	0,2944	0,850				
	37.	13,3013	0,3373	0,3307	0,980				
		0,915	0,904	0,939	1,013	1,306			
		60,7	60,0	62,3	67,3	100			

Experimentorum series tertiam quartamque si vel obiter consideraveris, facile appetet, temperiem aëris in salium ad aquam affinitate maximi momenti esse, et quidem, temperie $6 - 7^{\circ}$ R. aucta affinitatem illam aliquanto adaugeri posse. Verumtamen notata dignissimum est, quam diversa sit haec aëris temperiei efficacia in diversis salibus. Namque, dum unum salis culinaris gramma in tertia periculorum serie, temperie media $6,8^{\circ}$ R. aequante, aquae grm. 2,858 attraxit, eadem illius substantiac quantitas in serie quarta, temperie media $+ 0,7^{\circ}$ R. adaequante, tantum aquae grammata 4,506 exceptit. Ratio autem inter 2,858 et 4,506 intercedens pacno cadem est, quae inter 4,9 et 4. Quodsi numeros respondentes in duabus ultimis experimentorum seriebus de Magnesia sulphurea obtentos comparaveris, rationem talem habebis 4,56 : 1; de $\text{NO}_3^- \text{Na}$ talem 4,9 : 1; de Natro sulphurico in seriebus secunda et quarta, in quibus quidem temperiei differentia 12° R. fuit, hanc obtinimus rationem 4,44 : 1, de chloreto Ammonii, temperiei differentia eadem, 4,77 : 1. Quae diversa temperiei efficacitas in salium ad aquam affinitate nescio an maxima ex parte in eo sit reposita, quod numeri relativi copiam aquae salibus attractae indicantes in diversis seriebus multo maiores offerunt varietates, quam numeri absoluti, qui quidem, temperie aucta, modo satis regulari adscendunt, temperie minuta, minores cernuntur.

Liceat hoc loco alias cuiusdam rei mentionem inferre, quae ad experimenti eventum mutandum vim aliquam exhibere possit. Dico salium facultatem diffundi (Zerfließlichkeit). Namque ut salia ad solvendum facilia, veluti natrum nitr., sal culinare, jam tribus vel quatuor diebus exactis, non amplius statu cohacente sunt, sed tantum receperunt aquac, ut jam solutiones existenter; ita e contrario alia sunt salia, uti cuprum sulphur., kali chloricum, kali sulphur. etc., quae adeo viginti post diebus statu remaneant non soluto. Quia in re eorum salium, quao facile solvantur diffundantur, meliorem esse rationem, quis est, qui non intelligat? Etenim, si strata superiora solutionis, diffluendo factae, aqua attracta, dilutiora sunt stratis inferioribus, ea aquae copia, quum secundum leges diffusionis, sal in quavis solutione per omnes partes aequabiliter diffundi necesse sit, celeriter totam solutionem penetrabit, quo fit, ut omnis solutio in aqua attrahenda partes habeat. Alter longe de salibus, quae difficilis solvuntur, res sese habet. Horum

enim tantummodo superiora strata, quemadmodum, oblata occasione, jam ante monuumus, plenam vim exhibere poterunt, dum strata inferiora salis nondum soluti aquam non directo ex aere atmosphaericō, aquae vaporibus replete, sed tantum ex stratis proxime superioribus accipiunt. Quia re, quā aquae copia, quae stratis superioribus quaque inferioribus contineatur, nunquam pari celeritate atque in solutione, in qua moleculae multo mobiliore sunt, exaequari possit, affinitatem ad aquam, dubium non est, valde impediri. Quod verum esse cuprum sulphur. nobis persuadet. Hoc enim sal crystalla efformare pulcherrima, colore caeruleo, sapphirī colori simillimo tincta, quibus 5 atomi aquae insint, omnibus salis est cognitum. Quod sal tamen, si longius per tempus siccatum fuerit et aquam crystallorum omitit et colore suo caeruleo exiuit, in pulvrem coloris ex albo subflavi dilabens. Quem pulverem, si atmosphaerae, vaporibus aquae impletæ, exposuerimus, iterum, aqua recepta, colore pristinum caeruleum recuperare cernimus; qua in re saepius, dum strata superiora jam colore caeruleo tincta cernuntur, inferius posita paulo pallidiora sese paeberet videmus.

Verum, etiam omnes, quas memoravimus, res, quarum haud medicoris vis est ad experimentorum eventum, multimodis impedian, ne diversorum salium hygroscopicitatē certo definiamus; tamen eae, quas obtinuimus copiae (Werthe) neutiquam omni carent dignitate, si quis non tam singulorum salium incrementa relativa, quam absoluta, considerare volerit. In universum enim certa quedam regula, quod ad aquae attractae copiam altinet, haud quaquam deest; quum illam copiam in omnibus experimentorum seriesbus sibi constare animadvertemus. Omnino ad eum, quem propositum habebamus, finem in his, quos invenimus, numeris nobis videmus acquirescere posse.

Jam ceteras subjiciamus experimentorum series, quae ad salium nonnullorum jam ante dictorum, plurimumque aliorum hygroscopicitatē explorandam suscepimus.

A die vigesimo nono mensis Marii usque ad duodecimessimum Aprilis. (480 horas.)

15,37° R. seu 19,21° C.

1	1	0,499	0,205	0,647
2	2	0,5432	0,258	0,688
3	3	0,5433	0,2783	0,655
4	4	0,5430	0,5940	1,288
5	5	0,4975	0,7791	1,600
6	6	0,6155	0,6832	1,172
7	7	0,7612	0,9801	1,195
8	8	0,5780	0,0753	0,130
9	9	0,4693	0,5339	0,195
10	10	0,4693	1,2957	2,317
11	11	0,5235	1,2957	2,297
12	12	0,5235	1,2799	2,207
13	13	0,5055	1,1110	2,739
14	14	0,5848	0,9889	1,929
15	15	0,3933	0,7402	1,996
16	16	0,4125	0,7819	1,895
17	17	0,3990	0,7218	3,714
18	18	0,3632	1,2434	3,398
19	19	0,3901	1,1888	3,073
20	20	0,4951	1,6090	3,249
21	21	0,3235	0,7402	1,996
22	22	0,4649	1,5117	3,381
23	23	0,5770	0,7611	3,241
24	24	0,5015	0,7609	1,392
25	25	0,5167	0,8057	1,714

38,9 100 91,5 51,6 66,0 3,2 36,4 15,8

In hac serie maxime natri sulphurosi ratio habenda videntur; quod quidem sal absolute 144,9 partes centesimas aquae recepit, dum relativa ejus incrementa 38,9 acquant. Utraque in re summa hujus salis cum natro sulphurico ejusdem seriei reprehenditur congruentia. Qua de causa natrum sulphurosū, quum longius per tempus aeri expositum esset, revera in natrum sulphuricum transisse credatur.

A die vigesimo primo Aprilis usque ad decimum primum Maii. (490 horas.)

14,61° R. seu 18,3° C.

1	1	0,9335	1,0915	2,914
2	2	0,6772	1,1773	2,751
3	3	0,4163	1,0897	2,642
4	4	0,4833	0,7793	1,490
5	5	0,5468	1,5514	3,334
6	6	0,3910	0,6925	1,511
7	7	0,5923	1,8094	3,563
8	8	0,4516	1,5945	3,191
9	9	0,5081	1,6316	3,303
10	10	0,4492	1,2874	2,831
11	11	0,4642	1,2874	2,831
12	12	0,3496	1,1604	3,407
13	13	0,4924	1,2500	2,859
14	14	0,4037	1,3227	2,704
15	15	0,3910	1,1050	2,814
16	16	0,3910	0,9358	0,926
17	17	0,4124	0,5173	1,241
18	18	0,3900	0,3719	1,241
19	19	0,5128	2,0806	4,057
20	20	0,4780	2,0156	4,216
21	21	0,3492	1,7152	4,216
22	22	0,4410	1,3316	3,108
23	23	0,3632	1,1908	3,108
24	24	0,3894	1,1780	3,081

3,088 4,345 1,237 2,788 3,001 3,421

71,1 100 28,5 64,2 69,1 78,7 35,0

Tempus per quod exper. durabat.
Media aëris temperat.
Numerus vasis vitrei.
Sal.
Podus salis in usum vocati.
Incrementa absoleta.
Incr. unius gramm. computata.
Medius numerus.
Incr. relativa salis culini. pro 100 positio.

Experimentorum series quinta.

Experimentorum series sexta.

**A die decimo secundo mensis Maii usque ad Kalendas Junii
(480 horas.)**

	17,45° R. seu 21,81° C.
4	0,3463
5	0,3311
6	0,3203
7	0,3188
8	0,3176
9	0,3153
10	0,3017
11	0,3060
12	0,3060
13	0,3065
14	0,3163
15	0,3065
16	0,3013
17	0,3046
18	0,3082
19	0,3033
20	0,3033
21	0,3187
22	0,3069
23	0,3088
24	0,3237
NO	0,60
0,63	4,37
14,3	100
	5,5
	49,7
	64,3
	66,6
	20,3

In duabus his experimentorum seriebus, monendum videtur, quamvis aëris temperatura fere eadē, quae in prioribus, mancristi, temporis spatiū, per quod pericula duraverint, in serie prima ades 120 horis longius fuerit; tamen in computandis aquae copiis, uno salis grammate receptis, numeros in nonnullis salibus, uti in sale culinari, in ammonio mariutico (ser. V.), fere duplo-majores quam in serie prima inventos esse. Quae discrepanțiae tamen satis explicantur, si his experimentis fere dimidio minores salium quantitates, quam prioribus, adhibitas esse meminerimus. Quum enim vasa eadem manerent, consentaneum est, salium altitudinem dimidio inferiorē, quam in experimentis prioribus, fuisse, quo factum, ut inferiora salina strata sine illo impedimento suam ad aquam assimilatim exhibere possent. Unde evenit, ut salium copiae dimidio minores, positionis opportunitate adjutae, tantundem aquae, quantum duplo majores in experimentis prioribus, attraherent. Haec documento sint illis, quae supra de ea re exposuimus.

Capiti, quod est de salium hygroskopicitate, priusquam finem imponamus, duas adhuc alias experimentorum series hoc loco proponere placet. — Errores evitaturus, quos paene non licet fugere, si, diversi salium quantitatibus ad experimenta adhibitis, copias aquae attractae, quas obtinueris, computando ad incrementa, quae plena grammata capture fuerint, revoces.

Experimentorum series septima

in animum induxi, re vera plenis atque integris salium grammatis uti. Quem in finem tamen, quum necessarium esset, vasa vitrea interiora paulo majoris amplitudinis deligi, pravasis supra descriptis, drachmam capientibus, alia duplo majora in usum vocabam. Quo solo excepto discrimine, hae experientia ceterum eodem, quo priora, modo peragebantur.

Experimentorum series octava-

In copiis hac in serie allatis primi duo numeri semper fere inter se concinunt, in centigrammatis tamen nonnulli differentiis observatis. Quae quoniam ita sint, finem, quem nobis propositumus, hoc respecta magis minusve consecuti esse videmur. Longe maximam aquae copiam, primis horis clapsis, Calcaria chlorata attractam videmus, nempe 303,8 partes cen-

tesimas; sequitur deinceps hydras kali caustici — 206,6 p. cent. et acidum sulphur. — 177,4 p. cent., dum kali sulphur. minimum aquae quantitatem recepit — 4,5 p. cent. — Intra subsequentes horas 243 aquae attractae copiam, ad partes censiminas relatam, aliquanto minorem fuisse cognoscimus. Quae decrementa insignia, quamvis salia aeri atmosphaericu aquae vaporibus replete tantum brevius per tempus exposita fuerint, tamen hac una ex re nullo modo repeti possunt, quin tanta non sint temporis discrimina, ut sola eam vim exhibuisse putentur. Videtur potius revera aquae attractio paululum immunita causae fuisse. Quae affinitatis ad aquam diminutum quantitas, si quaeasierit, eam in omnibus fere salibus diversam atque inaequalem esse cognoscas. Namque, uti quantitas aquae sale culinari intra primas horas 305 attractae cum quantitate horis sequentibus 243 recepta eadem tenetur ratione, qua 4,4 : 4,0; ita in KaO , HO numerorum respondentium salis est ratio: 3,09 : 1, in SO_3 HO — 3,44 : 1; in $ClCa$ prope 4,46 : 1. Unde fit, ut, si aquam, altero spatiu horarum 243 sale culinari receptam, aequaverimus numero 400, in KaO , HO tantum 445,4, in SO_3 HO — 442, denique in $ClCa$ 448 obtinamus. Quia in re $KaCl$ eadem offert rationem, quam sal culinare, namque in illo quoque aquae copiae, primis horis 305 attractae, cum quantitate horis sequentibus 243 recepta, eadem intercedit ratio atque 4,4 : 1. Quo fit, ut utroque in casu incrementa relativa fere eadem cernantur (56,6 et 56,5). Horis ultimis 92 salis culinari ad aquam affinitas non minuta est, quin immo paululum accretiv. Nam, etsi quantitas spatio secundo attracta cum copia spatio tertio recepta tali habetur ratione 2,44 : 1 (0,460 : 0,215), tamen non est praetermittendum spatiorum ipsorum rationem hanc esse 2,64 : 1 (243 : 92). Copiae aquae KaO , HO receptae tali inter se continentur ratione 3,67 : 1; SO_3 , HO tali 3,39 : 1; calcaria muriatica — 3,95 : 1. Temporis spatia quamvis ubique ea sint ratione 2,64 : 1, horum salium ad aquam affinitatem jam magisque decrescere videmus, unde evenit, ut incrementa relativa kali caustici tantum 84,6; acidi sulphur. rectificati 70,7 et calcariae muriat. 80 habeamus. Quibus ex tabulis satis superquo cluet, si ad salum hydroscopiam examinandum tempus adhibuerimus ad arbitrium sumptum, nunquam contingere, ut verum de ea judicium feramus. Hac enī in re ad illa duo semper animi attentio advertenda est: ad vigorem, quo substantia aliqua aquam attrahat, et ad tempus, intra quod eam recipiat. Quarum rerum, si quis

solum alterutram respicere voluerit, manifestum est, experimentorum eventum a veritate abfuturum. Ut autem verum judicium facere licet, opus erat, ut aequales salium quantitates, quoad nulla amplius incrementa caperent, quieti darentur; indeque temporis spatium, quod cuicunque sali ad satietatem necessarium esset, copiaque aquae, quam imbibisset, notarentur diversaque salia hoc respectu inter secese comparentur. In qua comparatione sal culinare, vel aliud quodvis pro norma, ad quam reliqua acstimentur, ponere potueris. At ejusmodi experimentorum seriem, quam facile assequi possimus longius per tempus, nempe ut verisimile existimamus, complures per hominum vel mensos fuisse duraturam, nobis nullo modo insti-
tuere non lieuisse, nemo erit, qui non confiteatur.

Experimentorum series nona.

Temporis spat. hor. statuum. Media aq. temp.	Substantia ad- huc hobia.	Numerus et ponens vas- trum cum sali.	Copia salis attracta.			Medius num- rus,	Incr. relativa.	Temp. spatium hor. statuum. Incr. aquae absoluta.	Medius num- rus, Incr. relativa.
			Incr. aquae absoluta.	Medius num- rus,	Incr. relativa.				
115 horis et spatio. 13,6° M. seu 170 C.									
			$a=18,893$	1,0	0,223			0,126	
			$b=17,053$	1,0	0,254			0,141	
			$c=21,944$	1,0	0,220			0,131	
			$a=17,058$	1,0	0,124			0,074	
			$b=18,721$	1,0	0,135			0,074	
			$c=18,944$	1,0	0,128			0,071	
			$a=19,938$	1,0	0,186			0,106	
			$b=19,935$	1,0	0,163			0,090	
			$c=17,731$	1,0	0,180			0,058	
			$a=15,896$	1,0	0,188			0,100	
			$b=19,646$	1,0	0,178			0,090	
			$c=19,058$	1,0	0,205			0,093	
			$a=19,333$	1,0	0,145			0,089	
			$b=20,119$	1,0	0,148			0,083	
			$c=18,938$	1,0	0,150			0,087	
			$a=16,569$	1,0	0,017			0,004	
			$b=19,661$	1,0	0,015			0,005	
			$c=19,372$	1,0	0,014			0,007	
			$a=21,750$	1,0	0,879			0,836	
			$b=17,026$	1,0	0,896			0,368	
			$c=19,682$	1,0	0,916			0,339	
			$Rurus$	93	horis et spacio.				
				35,	6,4	63,5	81,1	75,5	100
								55,3	100
								71,2	100
								55,3	100

Hac quoque in serie Kalium chloratum videmus pari modo se habere, ac sal culinare, natrue sulphurici prope eandem animadvertisimus rationem. Etenim copiae aquae sale culinari primo spatio exceptae cum quantitate secundo spatio assumpta,

eadem intercedit ratio, quae 4,76 : 1, dum in natro sulphurico numeri respondentes tali sunt ratione 4,72 : 1.

Hac experimentorum serie capit̄is, quo, de sale hygrosco-
pitate agitur, sine facto, jam ad ea transcamus pericula, quae
de rationibus horum salium endosmoticis instituimus.

II. Experimenta de copiis aquae, salibus in apparatu endosmotico receptis, instituta.

Ich für meinen Theil gesteh, dass ich gegen Endosmosen-
versuche, die eine völlig genaue Überprüfung der Resultate
angehe, sehr mißtrauisch bin.
Vierordt. 7)

In experimentis de endosmōsi describendis, quis est, qui dubitet, quia omnium primum de methodo, quam in usum vocaveris, disserendum sit; quoniam methodus quanto exactius ac curatiusque pericula institui patiatur, tanto pluris sint aestimanda, quae, eam sequendo, compries. Ratio; quam mihi adhibendam duxi, illi, qua usus est Jolly⁸⁾, omnino similis fuit. Caussae, quibus commotus illa maxime utendum existimativerim, haec sunt, quod primum eventum experimentorum praebet satis certum exactumque, quippe in qua non id agatur, ut volumen, sed ut pondera definiantur, quodque deinde simplicitate sua, qua facile liceat experimenta suscipere, magnam habet commendationem, id quod tironi, qui tantum exigua in promptu haberet subsidia, non potuit, quin esset pergratum. Denique huius methodo hoc laudi tribuendum est, quod aliquam nactus excitationem, fontes, ex quibus errores emarent, magna ex parte obstruere possit. Evidem nonnullas, quamvis non omnino graves, tamen haud aspernandas methodi Jollyanae mutationes, de quibus mox mentionem facturas sum, institutas censui.

Fistularum vitrearum, quibus utebar, longitudi 58—68 millimetra aequabat, diametros 30—34 millim. erat. Membranae plerumque vesicas urinariae suillae erant, nonnuquam tamen et pericardii boum vitulorumque adhibitis. Ut membranae, quam fieri posset, tenuissimae experimentis adhibentur, mihi annion vitulium comparandum curaveram, quod exsiccatum membranam praebet homogeneam, eximia tenuitate excellentem;

7) Archiv für physiol. Heilkunde. Jahrgang VI. pag. 681.

8) Zeitschrift für ration. Medizin. Bd. VII. pag. 92.

attamen quum tales membranae pressum hydrostaticum non perferrent, brevi carum usum omittendum esse videbam. Ad modum quod spectat, quo membranas tractare solebam, vesicas recentes, modo ex animalibus exemptas, primum adipem qui adhaerbat, denudatae, inde, ut adeps, qui remansisset cultroque auferri nequisset, removeretur, duos vel tres dies in alcohol atque aethere macerabantur. Tam, adipem maxima ex parte sublato, membranas ita inflatae, ut nulla violentior fibrarum extensio fieret, per horas 24 temperatura cubiculari consueta siccabantur. Ad membranas exsiccandas quod attinet, non possum, quin haud dubius sententiam Vierordtii suscribam, qui se narrat⁹⁾ semper vesicis urinariis suillis, ante exsiccatis, usum esse velutaque nonnullorum sententiam pro vera haberi, qui, membranas animalium recens mactatorum experimentis facilitandis meliores esse, opinati sint. Et equidem quoque membranas recentes, modo ex animalibus exceptas, nec ante experimenta siccatas, duobus maxime incommodis laborare intellexi, quibus membranarum talium usus fore nullus cernetur. Etenim primum per quam sunt crassae atque inaequales, quo fit, ut processum maximopere retardent, deinde celerrime putrescerò solent, id quod semper ante experimentum finitum, plerunque jam horis 40—50 postquam cylindri vitrei in aquam immissi sunt, accidit. Contra membranae, si primum alchohole tractatae, indeque paululum inflatae fuerint, aliquanto minore sunt crassitudo, omnibusque suis partibus magis minusve aequales cernuntur, nec non per dies 8—10 continuos in aqua manere possunt, nullis, ne minimis quidem, odoris putridi vestigia apparentibus.

Membranae illigatio codem omnino, quo Jolly usus est, modo fiebat, semperque, membranae utrum pressionem hydrostaticam perferre valret, necne, explorabatur. Quia in re tamen tanta diligentia, quantum Jolly¹⁰⁾ adhibuit, me non usum esse aperte confiteor, quippe qui, etiam si interdum horis 24 circumactis parvas animadverteram aquae guttulas, quas certo cognoscem non via pressus marginem illigatio transisse, eandem tamem membranam rursus in usum vocare consuessem. Namque saepius mihi persuasram talia quoque membranarum frusta, in quibus, horis 24 elapsis, nullas animadvertissem aquae guttulas, tamen longiore post tempore, ut 48 post horis, aquae guttulas transitum dare, idque non solum pressu², quo in casu

9) I. c. pag. 664.

10) I. c. pag. 97.

Jolly sibi id accidisse ait, sed vel pressione $\frac{1}{2}$ " exhibita. Quod quum ita sit, ipsius membranae hydroscopicitate et atque attractae evaporatione, ut tales guttulae penetrant, evenire crediderim. At si forte guttae majores, passim dispersae vel adeo continua aquae copia fistulae incerant, talia membranarum frusta, consentaneas erat, non amplius adhiberi. De evaporatione si quaeras, canam quidem non, Jolly nam ratione secutus, ope fistularum comparativarum (Kontrollöhren) aestimabam, sed alio quovis modo, quantum in me erat, impeditabam. Methodus Jolly ana evaporationem prohibendi, vel potius, ut aptiore utamar verbo, ad calculos vocandi, propter duo incommoda parum probatur. Primum enim id habet incommunitatis, quod fistulae, mera aqua impletæ, eisdem, quibus fistulae salia continent, subjiciendæ sunt conditionib; quodque si quis pericula facilitaverit codem tempore diversis temperaturæ aëris gradibus usus, etiam fistulae comparativae convenienter sunt multiplicandæ. Alterum autem incommodum in eo est positum, quod quamvis cylindris exploratoris usi, tamen nihil certi compere possumus. Nam salium solutiones, quemadmodum jam Prof. illustriss. Buchheim¹¹⁾ affirmavit, alia, atque aqua pura, ratione evaporant. Evidem, ut evaporationem prohiberem; talem inbam viam, ut, postquam cylindros vitroes frustis membranarum instruxeram, alterum cylindrorum orificio obturaculo suberino, bene adaptato, occluderem. Per id obturaculum duobus locis filum metallicum tenuissimum transmissum erat, laquei formam referens, quod idem cylindro vitro de unco quodam suspendingo inserviebat, qui uncus vasis vitrei, cui aqua dest. inerat, operculo erat affixus. Quo modo, ne evaporation fieret, obturaculo suberino convenienti fere omnino impedito contingebat, aëre in cylindro vitro inclusus, aqua perpetuo intrante, dum processus continuatur, libere per aperturas parvulas, filo metallico relictas, abire poterat.

Priusquam cylindri, membranæ frustis instructi, experimentis adhiberent, eos semper aquam destill. imbibere permisi, ut scilicet cognoscerem, quantam aquæ copiam membrana ceterum secca filumque siccom imbibendo recipere possent. Verumtamen hac in re non possum, quin moneam, imbibitionem perfectam aut saltem prope perfectam demum post horas 10—12, quin etiam longiore post tempore, neque vero, quae clarissimi Jolly¹²⁾ est opinio, jam hora circumacta fieri.

11) I. c. pag. 231.

12) I. c. pag. 79.

Qua in methodo tamen duea res, quae vitorum errorum— que causam adferre queant, videntur haud praeterunda esse silentio. Quarum alteram ipse jam indicavit Jolly¹³⁾, effectam illam quidem siccatione saepius repetenda, quam ante singulas pensationes fieri oporteat. Sic enim charta bibula substantia, quæ in vesicam intravit, copiam, quamvis perexiq; aufer, cujus ita nullæ partes sunt in diffusione. Evaporatio inter pensandum ita potest vitari, ut, si quidem necessariam nactus sis excretationem, in singulas pensationes idem temporis spatium impendas. Evidem plerumque dimidia vel una parte sexagesima horae pensationem finiebam. Quo tempore brevissimo, ut mihi saepius persuadendi non deerat occasio, plerumque 3—5 milligrammata evaporant, quorum nimur in numeris ducenta est ratio. Alterum incommodum, falso Jolly arbitratur, in eo consistere, quod aëris temperaturam acquabilem servare. At altera res, quam erroribus causam praebere diximus, ut mea est opinio, in eo nititur, quod, si membrana, dum processus continuatur, dies 4 vel 5, vel aedeo 6—7 in aqua destill. manserit, inter hoc tempus majorem aquæ copiam, quam post 10—12 horas, imbibit, eoque paululum relaxata, via mechanica aquam in textura sua includit. Qua de re equidem identidem mihi persuasi, aqua, quæ in membranam intraverat, post finem processus diligenter amota fistulaque celeriter guttulis, si quae remanserant, liberata, indeque tritinae imposita, quo facto, fere semper pondus cylindri, cum pondere, quale initio experimenti in prima imbibitione fuerat, comparatum, haud paulo maius apparebat. Quod pondus adactum, quum non omnibus in casibus sibi constet, sed potius inter milligramm. 50—100 fluctuare possit, sane dubitare non licet, errorum causam afferre, quos difficillimum sit evitare.

Cylindrorum pondus quum primum accrescere desivit, processus plerumque finem jam cepisse certum. Vérumtamen non omnibus in casibus ita rem scse habere, exploratio chemica certo demonstrat. Nam multis in periculis, horarum 24 spatio post ultimam pensationem elapsa, nulla quidem ponderis

13) I. c. pag. 99.

incrementa observantur, sed aptis substantiis reagentibus in usum vocatis, fluidum turbidatum plane cognoscitur. Qua in re salis relicti copia plerumque 3—5 milligrammata non excedit. Causa autem, qua fiat, ut, quamquam 3—5 milligr. salis in cylindro relicta sunt, nulla extiterint ponderis incrementa, talis mihi videtur statuenda esse. In initio, quā sal in aqua membranae subducta solvitur solutionemque efficit concentratum, processus summa cum vehementia summoque cum vigore evenit quo magis autem fluidi interioris concentratio immunitur, eo tardius fit salis atque aquae inter se permutatio. Ita, ut exemplo utamur, uno grammata natri sulph. in usum vocato, quem processus at finem virgit, in cylindro 11, 12, quin etiam 13—15 gram. aquae invenimus, in qua quidem adhuc 5—8 milligr. salis soluta incesse possunt. At ea solutio admodum est diluta, ita ut intra horarum 24 spatium non amplius quam 2—3 milligr. proveniant, eorum loco perexigua aquae copia in cylindrum transeunte. In siccando vero ope chartae bibulae pensandoque, nec non in evaporando, tantum aquae membranae subtrahi potest, ut aquae copia recepta, tantum aliquot milligr. aquans, omnino non cognoscatur atque fistula, ex quo ultima facta est pensatio, nullum ponderis incrementum cepisse videatur. Quod tamen re vera se alter habet; namque multis in casibus, maxima cautione in excascando adhibita celeriterque pensando, contingit, ut cylindri ponderis incrementa eo usque animadvertere licet, quoad ne exploratio chemica quidem quidquam turbati fluidi monstrare queat.

Exposito sic methodo, qua' usus sim, rebusque, quibus errores existere possint, indicatis, cuique confido aequo ac mibi ipsi persuasum fore, solas differentias unius, ad summum duorum centigrammatum rationi adhibitae vicio dari posse; differentias alii majoribus, unum vel complura grammata aequantibus, alii quibusdam rebus, de quibus infra locus erit, ubi mentionem inicijamus, effectis.

Salia, quae experimentis adhibebam, chemice vel omnino, vel prope mera erant. Fero semper substantiae integrae, subtilissime pulveratae in fistulas immitabantur, paucisque in casibus, quibus salia soluta ad endosmosin vocata sunt, diserte id adnotavimus. Salia ea, quae aquam crystallorum continere solent, antequam periculum suscipetur, hac aqua liberabatur. Sal culinare, natrum sulph. et magnesia sulph. antea calore 410° C. fervefiebant, eaque salia, quae aëris temperatura ad-

aucta volatilia reddi aut decomponi solent, longius in tempus in fornace, cuius calor 60° C. non excedebat, reposita aquae quam continebant, prope experta efficiebantur.

Ex quibus patet, aequivalens endosm. salium partibus principio egressis longe magis esse, quam sequentibus, eandemque rationem verisimile est tamdiu continuari, donec partes salis ultimum provenientes pari aquae copia compensentur. Quantitas salis egressi 0,1793 est, aquae ingressae 5,098, igitur $X = 26,76$. Itaque, prout experimentum aut oculus aut serius interrupteris, aequivalens endosm. prorsus diversum erit.

Secunda experimentorum series.

N. 6 (membrana rec. ex vesica urin. suilla) fist. vac.
et hum. = 23,053.
 $\text{SO}_3 \text{NaO} = 1,000$.

Copia fluidi externi adhibita semper 500 grammatum erat.
Aëris temperat. dum experim. durabat 9,8° R. erat.

Dic Augusti mensis 11, hora matutina	6 ^a = 24,053.
" " " " " post meridiana	40 ^a = 25,063.
" " " " " sequentes 4	2 ^a = 26,493.
" " " " " sequentes 4	6 ^a = 27,383.

Post primas horas 4 provenere	0,1004 grmm. salis.
" sequentes 4 "	0,1051 "

Rursus post horas 4	0,0996 "
	0,3054

Post evaporationem residui salis in fistula obtinui 0,6970.
 $0,6970 + 0,3054 = 1,0024$; discrimen $\frac{1}{6}$ partis centesimae aequat.

Post primas horas 4 in fist. intrarunt aquae grm. 4,110; X = 44.
 « sequentes « 4 « « « 4,235; X = 44,8.
 Rursus post « 4 « « « 4,290; X = 42,9.

Totalis salis egressi copia 0,3051, aquae ingressae 3,635,
 igitur X = 44,9. In hac experimentorum serie contrarium,
 atque in priore, eventum obtinuimus. Quum, excepta mem-
 brana, conditiones, quibus processus sibi, eadem essent, at-
 que in experimento priore, consontaneum est causam differen-
 tiae a membrana peperdisse.

Tertia experimentorum series.

N. 9 (membr. ut in experim. priore) fist. vacua et hum. = 29,046.
 $\text{SO}_3 \text{MgO} = 4,000.$

Copia fluidi externi semper 300 grammatum erat.
 Aeris temper. dum exper. durabat 9,9° R. erat.

Die Augusti mensis	45° hora matutina	9° = 30,046.
" "	45° " postmerid. 6° = 32,266.	
" "	46° " matutina 7½ = 36,624.	
" "	46° " meridiana 12° = 37,470.	

Post primas	9 horas provenere 0,021 gramm. salis.
" sequentes	13½ " 0,195 "
" ultimas	4½ " 0,076 "
	<hr/> 0,292

primo	temporis spatio in fistulam intrarunt 2,240 grm. aquae, unde X = 107.
secundo	" " " " 4,450 grm. aquae, unde X = 23.
tertio	" " " " 0,923 grm. aquae, unde X = 12.

Tota salis egressi copia 0,292 grm. est, aquae in-
 gressae 7,615 est; igitur X = 26.

Quarta experimentorum series.

N. 6 (membr. ut in experim. priore) fist. vac. et humida = 23,053.
 $\text{SO}_3 \text{MgO} = 4,000.$

Copia fluidi externi semper 300 grammatum erat.
 Aeris temper. dum exper. durabat 9,9° C. erat.

Die mensis Augusti	46° hora matutina 9° = 24,053.
" "	46° " postmerid. 6° = 25,942.
" "	47° " matutina 7½ = 29,927.
" "	47° " meridiana 12° = 30,915.

Post primas 9 horas provenere 0,014 Magnes. sulphur.
 " sequentes 13½ " 0,128 "
 " ultimas 4½ " 0,067 "

Intrarunt in fistulam:
 primo temporis spatio 1,900 grm. aquae, X = 172.
 secundo " " 4,443 " X = 32.
 ultimo " " 4,055 " X = 15,7.
 Tota salis egressi copia 0,206 est, aquae ingres-
 sae 7,068, igitur X = 35.

Primis spatii experimentorum copias aquae, quibus quantitates salium egressae compensentur, tantas esse, non mirabimur, quoniam salia absolute aquac experta, atque in pulverem contrita adhibebantur. Itaque aquae particulae primae receptaes ad strata salium proxime membranam posita crystallisanda valent, posteaque demum, crystallis formati et solutione facta, salis particulae provenire incipiunt. Similia sunt, quae Jolly commemorat³¹⁾, quo loco rationem, inter copiam substantiae transcurrentis tempusque, intra quod transeat, intercedentem definit.

Omnis, quas attulimus, experimentorum series, aquae quantitates, quae in apparatu endosmotico in salis aliquius locum succedant, diversis temporibus diversas forc, probant; tribus periculis equivalentia, processu progrediente, immuni, uno adaugeri ostenditibus, quod posterius qua de causa sit factum me latet. Itaque haud injuria mihi videor, majore observationum mearum parte innixus, pro certo habere posse:

a) Plerisque in casibus, membrana eadem manente, pares salis egressi quantitates diversis temporibus **non** iisdem aquae copias compensari.

b) Inde ab initio usque ad finem processus aquae copias, in locum partium salis egressarum succedentes, magis magisque decrescere, atque diminui.

Hoc joco non alienum videtur, errorem quendam indicasse, quem Jolly tam ingeniosus atque diligens, conjectandi studio nimis indulgendo, admiserit. In definienda enim substantiae aliquius copia, certo temporis spatio membranam permeante, Jolly³²⁾ hanc rationem protulit: α . f. d. t., in qua quidem α quantitas substantiae planitem f. transcurrentis, littera

31) Zeitschrift für ration. Medizin. Bd. VII, pag. 132.

32) I. c. pag. 122 et 123.

d solutionis spissitudo, littera *t* temporis spatium designetur. Tum Jolly adjicit: „Hiermit wird aber vorausgesetzt, dass während der ganzen Dauer *t* des Versuches die Dichtigkeit unverändert dieselbe bleibt. Dies ist nicht der Fall, sie ändert sich in jedem Zeitmomente aus zwei Ursachen, es tritt „Wasser ein und es geht zugleich ein Theil des Stoffes zu „dem Wasser über, jedoch in einer nach den früher aufgefundenen Äquivalenten bestimmbaren Weise.“ Postea vir doctus ita disserit: „Ist nach einer Zeit *t* eine Menge *X* des Stoffes durch die Membran getreten, so ist in derselben Zeit βx Wasser getreten, wo β das Äquivalent des betreffenden Stoffes bezeichnet.“

Quam viri docti opinionem errore niti, me judice, dubitari nequit. Namque in meis experimentis, si salis egressi copiam secundum equivalentia ejusdem salis, eadem membrana usurpata, ex quantitate aquae, in fistulam ingressae computare vellem, in prima experimentorum serie hacten habemus:

Post primas horas 4 . . .	0,134 grammata Natri sulphur.
sequentes „ 4 . . .	0,133 „ “ “
„ ultimas „ 4 . . .	0,138 „ “ “
Quam tamen directe definiri talia invenerimus:	
Post primas horas 4 . . .	0,044 grammata Natri sulphur.
sequentes „ 4 . . .	0,047 „ “ “
„ ultimas „ 4 . . .	0,094 „ “ “

Jolly deinde, quo modo substantiae membranas transirent, evicturus, experimenta factalavit; verumtamen ab ea, quam memoravimus, conjectura profectus, satis habuit, fistulas certis temporis intervallis pensitasse atque ex ponderis incrementis copiam substantiac, diffusione ad aquam transgressae, computavisse. Attamen si Jolly non omisisset, directo constitueret quantitates salis, ad aquam dest. transgressas, id quod in meis factum est experimentis, dubium non est, quin eventum periculorum longe alium nacturus fuerit. Quodsi summa horum experimentorum conjectura nititur falsa, conclusiones etiam, inde effectae, fieri non potuit, quin a veritate abhorrerent. Et proposit Jolly haec duo placita³³⁾ ex periculis suis illa, qua diximus, mente factis, repetita:

1) „Die entmosischen Äquivalente in dem Sinne, wie sie „aufgestellt würden, existiren.“

33) 1. c. pag. 133.

2) „Die Menge der in einer Zeiteinheit übertretenden „Stoffe, unter sonst gleichen Verhältnissen, ist der Dichtigkeit „der Lösung proportional.“

Ad prius placitum quod spectat, id quidem sine dubio est rejiciendum. Etenim aequivalenta endosmotica, qualia Jolly dicit, non existere certum est. Neque possumus aliud asserere, nisi certorum salium locum, certis membranis in usum vocatis, semper simili aquae quantitate in apparatu endosmotico occupari, id quod tum Jollyana, tum mea experientia satis superque confirmant. At si quis unquamque salis particulam inde ab initio experimenti usque ad finem, semper aquae copia aequivalenti salis respondentem compensari, contendenter, ea quidem opinio non modo nullo fulcitur experimento, verum etiam certis observationibus omnino redarguitur atque refutatur. Ad alterum quod attinet placitum, id admnodum esse verisimile, non est quod negamus. De salium absque membranae usu diffusione Graham³⁴⁾ directa id via jam ostendit, qua de causa eandem rationem in endosmosi obtinere haud improbable est; verumtamen praepropere agat, qui periculis Jollyanis rem extra dubitationis aleam positam esse crediderit. Namque, quae Jolly sibi reperisse videtur, ea conjectura falsa, atque computatione non magis vera innituntur.

B. Experimenta de membranae ad endosmosin vi atque effectu.

Membrana, quae, in processu endosmotico gravissimas partes agens, endosmosin, ut ita dicam, constituit atque efficit, quippe qua sublata, dc sola substantia alicuius diffusione agatur, non solum res summi momenti est, verum etiam maxime complicata, et. quac investigationibus nostris minime pateat. Neque igitur mirandum, quod actatis recentissimae viri docti, qui in perscrutanda endosmosi versati sunt, potassium ad in-dolem membranae, eamque, qua tractanda esset, rationem animos adverterunt. Jolly eius est meritum praeclarum, quod primus methodum et etiamiam et simplicissimam, qua, substantiae quomodo se in endosmosi haberent, perquireretur in medium protuli, non omisit, quae de eligendo atque tractanda membrana cognoverat, publici juris facero. Verumtamen nemo aliquum, qui, postquam methodus Jollyana prolatâ fuit, in endos-

34) 1. c. pag. 64.

mosin incubuerunt, sua experimenta eadem, quae Jolly, ratione suscepit. Ludwig, qui quamquam alium in finem³⁵⁾ methodo Jollyana utebatur³⁵⁾, quantum concentratio solutionum ad aequivalencia endosmotica valeret, disquisitus, semper solutiōnibus periculis suis adhibitis, ad cetera omnia animi attentio-nem minus convertit.— Cloëtta, qui et ipse methodum Clⁱ Jolly sequebatur³⁶⁾, neque vero, ut ille, vesicas urinarias suillas sed pericardia vitulina usurpare solebat, quemadmodum vel ex operis ejus inscriptione patet, quomodo duo salia per membranam diffundenter, disquisivit. — In experimentis, quae sub auspiciis praecceptoris illustrissimi, Prof. Buchheim, Olech-nowitz³⁷⁾ instituit, ceterum methodo Jollyana adhibita, membranae et collido factae in usum vocabantur. Vierordt, qui jam prior quam Jolly, observations de endosmosi pro-tulerat, et ipse summopere studebat in naturam membranarum inquirere³⁸⁾. At, si tamen qua utebatur methodo, ea tanto-pere a Jollyana discrepat, ut inter experimentorum eventus nulla intercedat similitudo. Equidem, quum pericula mea, prorsus Jollynam rationem sequendo utendisque etiam vesicas urinariis suillas susciprem, non potui, quin enixe studerem pervesti-gare, quo modo aequivalencia endosmotica, ceteris omnibus re-tentis conditionibus, soloque septo mutato, sese habitura essent. Qua in re, si quis existimaverit, primum unam eandemque ve-sicam diligenter perquiri opus esse, antequam modum, quo aliae membranae effectum exhibeant, indagess, omnino falsam rej ratio nem animo concepisse videatur. Namque, si quando duae membranae, ex una petitae vesica, differentias quadam in experimentorum eventu efficerint, causae, quibus hae di-versitas fluxerint, longe obscuriores atque exploratu difficulto-res sunt, quam si in vesicarum bubularum et suillarum, aut harum posteriorum et pericardii taurini cet. usq; eventus periculorum discrepauerint. Hoc enim posterius si evenerit, saltēm diversitas structurae, quae diligenter investigatae plane co-gnosciqueat, nobis rationem suppeditare potest, qua causam differentiārum discamus, dum priore in casu discrepantiae ex sola texturae diversitate, quae tamen multo difficilior est ad perquirendum, repeti potuerint.

35) I. c. pag. 2.

36) Cfr. Diffusionsversuche durch Membranen mit zwei Salzen. Zürich 1851.
pag. 6.

37) Experimenta quadam de endosmosi. Dorpati 1851. pag. 12.

38) Cfr. Archiv für physiolog. Heilkunde, Jahrgang VI, pag. 679 seq.

Ceterum nonne mirabimur Cloëtam ita dicentem³⁹⁾: „Es scheint demnach unzweifelhaft, dass alle thierischen Membranen einen eigenthümlichen Membranstoff enthalten, welcher stets seine Anziehungskraft zu den Salzen geltend macht.“? Nimirum, ne commemorem, quam parum haec sententia sit verisimilis, qui fructus inde redundant, quod ad incognitos jam effectus, quos diversa strūcta et textura, diversae diametri tum longitudinales tum transversae pororum membranarum habeant, novam etiam adjunxit rem omnini ignotam! Cloëtta, quam pro-pousit opinionem, defensurus, ait: „Deon die Diffusionsaequiva-lente von Jolly, Ludwig und mir sind doch nach einer Rich-tung hin übereinstimmend; obgleich Jolly die Schweinsblase benutzte, nachdem er sie mit Alkohol, Ludwig, nachdem er „sie blos mit Wasser behandelt, und ich den Herzbeutel benutzte.“

Ludwig omnia sua experimenta mensibus duobus cum dimidio, tantum 16 membranis adhibitis, instituit, qua in re, membranas nullum odorem putridum traxisse, neutiquam est credibile. Itaque, quum primum vel minima ejusmodi odoris vestigia aut aliqua de eo suspicio orta erat, extemplo, quemadmodum ipse Ludwig⁴⁰⁾ commemorat, ve-sica identidem alcoholi immittebatur. Ceterum alcohol non efficit mutationes membranarum animalium perpetuas (bleibende), sed membranae, alcohole tractatae, quum uti Clariss. Liebig⁴¹⁾ docuit, hoc habeant proprium, ut longe minus aqua cum alco-hole commixtae, quam aquae merac in poros suos recipient, corrugari solent. Quodsi tales membranae corrugatae fistulis illigatae ad pericula endosmotica adhucbentur, in quibus aq-dest. fluidum sit exterius, satis manifestum apertumque videtur, vesicam brevi, alcohole redditio, aquam destill. Esse imbibituram, quo facto, consentaneum est, eisdem praeditam fore virtutibus, quibus vesicam primitus aqua tractataam. Equidem mox de-monstratus sum, modum, quo membranae tractentur, praesertim si brevius tantum per tempus effectui alcoholis vel creosoti in alcohole soluti expositae fuerint, minoris esse momenti. Altamea, quod Cloëtta sibi videtur, pericardio taurino usus, parem habuisse experimentorum eventum atque Jolly, vesica suilla adhibita, eam sententiam non video, quo jure proloqua-

39) I. c. pag. 28.

40) I. c. pag. 2.

41) Cfr. Untersuchungen über einige Ursachen der Säftebewegung im thieri-schen Organismus. 1848. p. 10.

tur. Ut enim Jolly unius salis per membranam diffusionem perquisivit, ita Cl oëtta duobus est usus, quam ob causam rerum rationes prorsus differre posse, facile perspicitur.

Si quis, membranae qualis sit effectus ad processum endosmot., inquire voluerit, is certum habeat, maximam sibi experimentorum multitudinem aggrediorum esse, quoniam, cui permultorum periculorum conspectus statisticus desit, rem, de qua queritur, nullo modo apte ac sufficienter explicare potuerit. Mihi ob temporis penuriam non licuit, quidem tot experimenta, quot optabam, instituere, verum, quum melius sit, aliquid proferre, quam rem intactam reliquise, has meas observations haud veritus sum proponere.

Membranae, quibus usus sum, e vesica urinaria suilla, pericardio taurino ac vitulino petita orant; ceteris in rebus nulla his experimentis cum prioribus differentiatione intercedente.

1) N. 1. (membr. rec. e peric. vitulino) fist. vac. et h. 22,623.

$\text{NO}_3 \text{ NaO}$ 1,000.

Exper. durab. horas 48.

Aëris temp. = 10,2° C.

Post endosm. = 25,195.

$25,195 - 22,623 = 2,572$.

X = 2,57.

3) N. 7. (membr. rec. e vesica urinaria suilla) fist. vac. et h. 26,481.

$\text{SO}_3 \text{ MgO}$ 1,000.

Exper. dur. 75 horas.

Aëris temp. = 16,4° C.

Post endosm. = 36,401.

$35,401 - 26,481 = 8,920$.

X = 8,92.

5) N. 8. (II.) e ves. suilla, fist. vac. et humida 28,200.

$\text{SO}_3 \text{ NaO}$ 0,500.

Exper. dur. 72 hor.

Aëris temp. = 16,4° C.

Post endosm. = 34,044.

$34,044 - 28,200 = 5,844$.

X = 11,68.

7) N. 7. (membr. rec. e vesica suilla) fist. vac. et h. 26,472.

$\text{SO}_3 \text{ ZkO}$ 0,600.

Exper. dur. 124 hor.

Aëris temp. = 3,5° C.

Post endosm. = 32,457.

$32,457 - 26,472 = 5,985$.

X = 9,97.

2) N. 8. (I.) (membr. e vesica urinaria suilla) fist. vac. et h. 28,200.

$\text{NO}_3 \text{ NaO}$ 1,000.

Exper. dur. 48 horas.

Aëris temp. = 10,7° C.

Post endosm. = 30,285.

$30,285 - 28,200 = 2,085$.

X = 2,08.

4) N. 2. (I.) peric. vitul. fist. v. et h. 30,731.

$\text{SO}_3 \text{ MgO}$ 1,000.

Exper. dur. 80 horas.

Aëris temp. = 16,2° C.

Post endosm. = 43,638.

$43,638 - 30,731 = 12,907$.

X = 12,90.

6) N. 1. (I.) peric. vitul. fist. vac. et humida 22,623.

$\text{SO}_3 \text{ NaO}$ 0,500.

Exper. dur. 45 hor.

Aëris temp. = 16,0° C.

Post endosm. = 28,070.

$28,070 - 22,623 = 5,447$.

X = 10,85.

8) N. 2. (II.) membr. e peric. vitulino) fist. vac. et h. 30,731.

$\text{SO}_3 \text{ ZkO}$ 0,600.

Exper. dur. 74 hor.

Aëris temp. = 3,5° C.

Post endosm. = 37,310.

$37,310 - 30,731 = 6,579$.

X = 10,96.

9) N. 8. (III.) (membr. suilla) fist. vacua et humida 28,200.
La ZkO 0,400.
Exper. dur. 190 hor.
Aëris temp. = 7° C.
Post endosm. = 32,070.
 $32,070 - 28,200 = 3,870$.
X = 9,67.

11) N. 8. (membr. rec. e vesica suilla) fist. vac. et h. 28,200.
 $\text{SO}_3 \text{ NH}_4 \text{O}$ 0,300.
Exper. dur. 70 hor.
Aëris temp. = 12° C.
Post endosm. = 31,405.
 $31,405 - 28,200 = 3,205$.
X = 10,68.

10) N. 10. (membr. rec. e peric. vitul.) fist. vac. et h. 23,122.
La ZkO 0,400.
Exper. dur. 165 hor.
Aëris temp. = 7° C.
Post endosm. = 28,064.
 $28,064 - 23,122 = 4,942$.
X = 12,35.

12) N. 2. (membr. rec. e peric. vitul.) fist. vac. et h. 30,731.
 $\text{SO}_3 \text{ NH}_4 \text{O}$ 0,300.
Exper. dur. 45 hor.
Aëris temp. = 12° C.
Post endosm. = 33,520.
 $33,520 - 30,731 = 2,788$.
X = 9,30.

Diserte nunc admonendum censeo, in experimentis supra, allatis, pariter atque in subjungendis, processum me tum demum finitum existimasse, quum, aptis substantiis reagentibus in usum vocatis, salis, quod primum adfuerat, nullum amplius comprehendendi possent vestigium.

Ex periculis, quae propositum, hoc quidem eluet, plerumque vituli pericardium temporis spatio fere semper aliquanto breviori salibus transitum per substantiam suam dare, quam similibus rerum conditionibus vesicam urinariam suillam. Ad productum endosmaticum quod spectat, in utriusque membranae usu nullae rationes satis constantes in observationem veniunt.

Attamen, his controversis nou deterritus, brevi mihi persuasi, multo melius esse, in modo, quo membranac se habent, perscrutando uno eodemque sale uti, quam plura simul adhibere. Itaque ex salibus ClNa et $\text{SO}_3 \text{ NaO}$ delegi atque ex membranis vesicam suillam et pericardium taurinum inter se comparavi, quo facto, uti speraveram, multo certiora mihi cognovisse videor.

Experimentis 6, quae exposituri sumus, pro septo pericardium taurinum, recens ex animali exemptum, adhibebam, adipetantum, qui via mechanica adhaerebat, cante amoto.

13) N. 12. fist. vac. et humida 19,965. da 17,323.
Cl Na 0,500. Cl Na 0,500.

Exper. dur. 92 hor.
Aëris temp. = 9,6° R.
Post endosm. = 21,655.
 $21,655 - 19,965 = 1,690$.
X = 3,33.

14) N. 5. fist. vac. et humida 17,323.
Cl Na 0,500.

Exper. dur. 75 hor.
Aëris temp. = 9,6° R.
Post endosm. = 19,015.
 $19,015 - 17,323 = 1,692$.
X = 3,38.

15) N. 9. fist. vac. et humidi-	da	29,103.	16) N. 1. fist. vac. et humili-	da	22,988.
Cl Na	1,000.		SO ₃ NaO	0,500.	
Exper. dur. 70 hor.			Exper. dur. 72 hor.		
Aëris temp. = 9,6° R.			Aëris temp. = 9,6° R.		
Post endosm. = 32,174.			Post endosm. = 28,330.		
32,174 — 29,103 = 3,074.			28,330 — 22,988 = 5,342.		
X = 3,07.			X = 10,68.		
17) N. 4. fist. vac. et humili-	da	23,751.	18) N. 6. fist. vac. et humili-	da	23,074.
SO ₃ NaO	0,500.		SO ₃ NaO	1,000.	
Exper. dur. 85 hor.			Exper. dur. 72 hor.		
Aëris temp. = 9,6° R.			Aëris temp. = 9,6° R.		
Post endosm. = 29,837.			Post endosm. = 33,700.		
29,837 — 23,751 = 6,086.			33,700 — 23,074 = 10,626.		
X = 12,16.			X = 10,62.		

Sequentibus sex periculis pariter pro septo pericardium taurinum adhibebam, at servatum illud quidem per trium dietrum spatium in creosoto, in alchohole soluto.

19) N. 11. fist. vac. et humili-	da	19,717.	22) N. 5. fist. vac. et humili-	da	17,313.
SO ₃ NaO	0,500.		Cl Na	0,500.	
Exper. dur. 45 hor.			Exper. dur. 19 hor.		
Aëris temp. = 9,9° R.			Aëris temp. = 9,9° R.		
Post endosm. = 24,721.			Post endosm. = 19,336.		
24,721 — 19,717 = 5,004.			19,336 — 17,313 = 2,023.		
X = 10,01.			X = 4,04.		
20) N. 10. fist. vac. et humili-	da	24,552.	23) N. 12. fist. vac. et humili-	da	19,923.
SO ₃ NaO	0,500.		Cl Na	1,000.	
Exper. dur. 72. hor.			Exper. dur. 43 hor.		
Aëris temp. = 9,9° R.			Aëris temp. = 9,9° R.		
Post endosm. = 29,810.			Post endosm. = 23,304.		
29,810 — 24,552 = 5,258.			23,304 — 19,923 = 3,381.		
X = 10,51.			X = 3,38.		
21) N. 2. fist. vac. et humili-	da	32,028.	24) N. 13. fist. vac. et humili-	da	24,881.
SO ₃ NaO	1,000.		Cl Na	1,000.	
Exper. dur. 49 hor.			Exper. dur. 50 hor.		
Aëris temp. = 9,9° R.			Aëris temp. = 9,9° R.		
Post endosm. = 41,046.			Post endosm. = 27,884.		
41,046 — 32,028 = 9,018.			27,884 — 24,881 = 3,003.		
X = 9,02.			X = 3,00.		

Hoc loco non omittendum erit, si, ad experimenta endosmotica 0,500 gramm. salis alicuius usus, inde copiam aquae ingressae, uni grammatis respondentem, computaveris, numeros

ita inventos fere semper maiores esse, quam re vera salis grammatae adhibito. Vierordt suis observationibus simile quid reperisse videtur, ut qui dicat ⁴²⁾: «Geht man auf eine genauere Vergleichung der Einzel-Versuche ein, so erkennt man, dass bei Lösungen von geringerer Concentration eine verhältnissässig stärkere Endosmose, als bei stark concentrirten Lösungen, erfolgt; das Verhältniss der Volumänderungen ist daher ein kleineres, als das der Dichtigkeiten.» Quam diversitatem, uti mea fert opinio, Vierordt merito atque jure ex diversa concentratione pendere contendit.

In periculis sex, jam memoriandis, pro septo vesica urinaria suilla utebar, quae, sublato, quantum fieri potuit, adipem, paululum inflata pluresque per dies in temper. cubiculari exsiccatia, in illigando sola humectata erat aqua.

25) N. 5. fist. vac. et humili-	da	17,280.	28) N. 11. fist. vac. et humili-	da	19,733.
Cl Na	0,500.		SO ₃ NaO	1,000.	
Exper. dur. 46 hor.			Exper. dur. 160 hor.		
Aëris temp. = 9,9° R.			Aëris temp. = 9,9° R.		
Post endosm. = 19,460.			Post endosm. = 38,802.		
19,460 — 17,280 = 2,180.			38,802 — 19,733 = 19,139.		
X = 4,36.			X = 19,14.		
26) N. 13. fist. vac. et humili-	da	24,880.	29) N. 4. fist. vac. et humili-	da	23,726.
Cl Na	1,000.		SO ₃ NaO	1,000.	
Exper. dur. 46 hor.			Exper. dur. 156 hor.		
Aëris temp. = 9,9° R.			Aëris temp. = 9,9° R.		
Post endosm. = 29,543.			Post endosm. = 43,128.		
29,543 — 24,880 = 4,663.			43,128 — 23,726 = 19,402.		
X = 4,66.			X = 19,40.		
27) N. 2. fist. vac. et humili-	da	32,030.	30) N. 3. fist. vac. et humili-	da	28,862.
Cl Na	1,000.		SO ₃ NaO	0,500.	
Exper. dur. 45 hor.			Exper. dur. 123 hor.		
Aëris temp. = 9,9° R.			Aëris temp. = 9,9° R.		
Post endosm. = 36,558.			Post endosm. = 38,620.		
36,558 — 32,030 = 4,528.			38,620 — 28,862 = 9,758.		
X = 4,52.			X = 19,51.		

Membranae, experimentis jam afferrendis adhibitae, altera. Natri sulphurici effectui exposita, dies quattuor, altera dies 20 creosoti in alchohole solutioni traditae fuerant. Membranae e vesica urin. suilla petitiæ erant.

42) Cf. Rud. Wagner's Handwörterbuch der Physiologie. Bd. III, Abtheilung 2, pag. 641.

31) N. 2. fist. vac. et hum. 32,030.	34) N. 8. fist. vac. et hum. 22,061.
CINa 0,500.	SO ₃ NaO 0,500.
Exper. dur. 21 hor.	Exper. dur. 98 hor.
Aëris temp. = 9,8° R.	Aëris temp. = 9,8° R.
Post endosm. = 33,854.	Post endosm. = 32,004.
33,854 — 32,030 = 1,824.	32,004 — 22,061 = 9,943.
X = 3,64.	X = 19,88.
32) N. 5. fist. vac. et hum. 17,160.	35) N. 11. fist. vac. et hum. 19,736.
CINa 1,900.	SO ₃ NaO 1,000.
Exper. dur. 30 hor.	Exper. dur. 160 hor.
Aëris temper. = 9,8° R.	Aëris temp. = 9,8° R.
Post endosm. = 20,430.	Post endosm. = 38,675.
20,430 — 17,160 = 3,270.	38,675 — 19,736 = 18,939.
X = 3,27.	X = 18,94.
33) N. 13. fist. vac. et hum. 24,730.	36) N. 10. fist. vac. et hum. 23,225.
CINa 1,000.	SO ₃ NaO 1,000.
Exper. dur. 20 hor.	Exper. dur. 166 hor.
Aëris temp. = 9,8° R.	Aëris temp. = 9,8° R.
Post endosm. = 28,390.	Post endosm. = 41,263.
28,390 — 24,730 = 3,660.	41,263 — 23,225 = 18,038.
X = 3,66.	X = 18,04.

Ex quibus periculis satis appareat nihil interesse, utrum membranam aqua, an solutione creosoti in alchole tractaveris, si quidem in posteriori brevius per tempus, veluti 3—4 dies, mancat. Sin autem diutius creosoli efficacie submissa fuerit membrana, tum, quemadmodum experimenta ultima de sale culinari facta demonstrant, differentiae et plane et constanter cognoscuntur. Etenim, hac agendi ratione adhibita, salia minoribus aquae quantitatibus compensari processumque temporis spatio longe breviori evenire reperimus. Itaque salium diffusio in universum hoc modo adjuvatur. Nos satis esse ducimus, hanc observationem commemorasse, quacnam de membrana mutationes fiant, non certius disquirentes.

Deinde ostendunt observationes prolatae, pericardio taurino usurpato, semper minora inventuri producta endosmotica, quam adhibita vesica suilla; quae quidem res, quamvis experimentorum meorum hue pertinentium non ita magnus fuerit numerus, tamen videtur omni exempla esse dubitatione. Restat, ut causas, quibus differentiae membranis oblatae nitantur, diligenter perquiramus. Per se jam sumi potuerit, duas potissimum hic valore causas: 1) crassitudinem membranarum diversam, 2) densitatem diversam. Mihi e periculis quibusdam, ctsi numero paucis, tamen accurate factis, elucere videbatur, membranae crassitudinem in processu endosmotico non tanti

credendam esse momenti. Namque, experimentis 46° et 47° (pag. 58) ex illa serie, quae simplici pericardio taurino instituta erat, ad finem adductis, quam membranam a tubulo Nr. 4 resolvissim fistulaeque N. 4 illigasse, a qua tamen membranam priorem non abstulerat, septi, quo cylindrus N. 4 instructus erat, crassitudo duplicita fuerat. Quam autem in fistula N. 4 in locum 0,3 gramm. Natri sulphur. grammata aquae 5,342, in fistula N. 4 in ejusdem salis quantitatis locum grammata aquae 6,086 successissent, iam supererat, ut viderem, quem experimenti eventum nacturus essem, membranis ambabus adhibitus.

N. 4. (membr. duplex.) fist. vac.	et hum. 23,867.
SO ₃ NaO	0,500.
Exper. dur. 75 hor.	
Aëris temp. = 9,8° R.	
Post endosm. = 31,240.	
31,240 — 23,867 = 7,373.	
X = 14,746.	

Ex quibus patet, aquae copiam sal compensantem, quamquam adiuncta sit, tamen tantopere non accrescisse, quam expectari potuerit. Itaque crassitudo aucta non efficit, ut productum endosmoticum pro rata parte maius existat, quoniam membranae, crassitudo duplicita, productum endosmot. quinta parte fuit auctum.

Simili modo, duabus usus membranis, quas antea sal cu-linare penetraverat, quarumque altera aquae copiam, sal illud compensantem 3,381 grammata, altera 4,046 praebuerat, talem nactus sum eventum:

N. 12. (membr. duplex. e pericar-	dio taurino solut. creosoti in al-
cohol. tractata) fist. vac. et	hum. 19,985.
CINa	1,000.
Exper. dur. 41 hor.	
Aëris temp. = 9,8° R.	
Post endosm. = 23,327.	
23,327 — 19,985 = 3,342.	
X = 3,34.	

Unde in salis culinaris usu, membrana duplicita, productum endosmot. nec non temporis spatium, per quod experimentum durabat, omnino non adaugeri cognoscimus: idoque duobus, quae memoravimus, experimentis, velut idoneo argu-

mento, nixus, cam videtur facere posse conclusionem, ut, membranae crassitudinem nonnisi parum ad processus eventum valere posse, judicem.

Liceat nunc ad experimenta comparandi causa instituta redire. Supra jam diximus, diversos numeros, quos pericardio bovis aut vesica urinaria suilla usi, inveneramus, ex duabus deduci posse causis, nempe ex membranae crassitie et densitate. Quibus ex causis alteram, crassitatem dico, minoris esse gravitatis, quamquam mihi jam videor coarguisse, tamen non potui, quin membranarum, quas memoravi, quae esset crassitudo, via micrometrica examinarem; qua in re vesicam suillam $\frac{1}{20}$ linea pars, pericardium taurinum $\frac{1}{25}$ crassa esse cognovimus. Qua de causa, quum in duobus, quae protulimus, experimentis, liget membranae duplo essent crassiores, tamen nulla deprehendi posset majoris momenti differentia, jam, quum crassitatis pericardii vesicaeque suillae tantum 0,01" discreparet, numeros minores, semper post adhibitum bovis pericardium repertos, nullo modo a parva ista crassitudinis diversitate ortos esse appareat. Sequitur, ut harum membranarum **densitas** haud parum differat. Verum tamen una tantummodo eaque minus perfecta ad hunc diem in promptu est methodus, relativam diversarum membranarum spissitatem definendi, adhibita illa quidem a Cl^o Liebig (43). Evidem, hujus exemplum secutus, et ipse membranarum densitatem definire, saepius conabar; at omnia tamen, quae suscepserem, pericula partim ob apparatus imperfectum, partim propter mancam ipsius methodi naturam, minus prospere successerunt, de quibus conatibus, quum ipse non multum eis tribuan fidei, nullam nunc mentionem injiciendam esse arbitrari.

Jam cognitum habemus quatenus vesica urinaria suilla et pericardium bovinum vi sua ad processum endosmot. exhibita inter se differant. Aliis autem scrutatoribus perquirendum relinquunt, utra harum membranarum majore densitate excellat.

Qua in re quorundam momentum mentionem injiciam, quae, quamvis non tanti facienda videantur, tamen nescio ante re, de qua queritur, nonnulli nos edoceant. Ut jam commemoratum est, membranac jam saepius in usum vocatae, uno eodemque sale adhibito, semper majora producta endosmotica praebent. Etenim membranae saepius usurpatae, crassitie ea-

dem manente, quum salis particulis penetrantur, pororum sutorum diametris transversis amplificatis, densitate minuantur. Altera ratio ea continetur, quod membranae, diutius in creosoti solutione alcoholica servatae, ad postremum semper producta endosmot, praebent minoria. Creosoti vero in alcohol solutionem inter omnes convenit vi adstringendi atque contrahendi esse praeditam, qua tamen densitas augeri solet. Quemadmodum jam diximus, harum rerum idcirco mentionem intulimus, quod potissimum ea, quae vix expectaveris, demonstrant.

Experimenta allata de membranae ad processum endosmot. effectu, quamquam evenitus praebuerunt sat exiles, tamen in eo acquiescimus, quod verisimilimum esse vidimus, non membranae crassitudinem partes ulla graviores agere, sed omnia potius ab ejus densitate pendere, quodque, pericardio bovino et vesica urinaria suilla adhibitis, semper differentias quasdam apparere vidimus, in prioris membranae usu produc-to endosmotico semper minore temporisque spatio, per quod processus duret, breviore invento, quodque denique hujus rei causam in diversa membranarum densitate quaerendam esse cognovimus.

C. Experimenta ad aëris temperaturae vim definiendam factitata.

Viri docti, qui ad endosmosin dilucidandam suam operam contulerunt, ad unum omnes ea in re consentiunt, ut aëris temperaturam magnam ad processum, de quo agitur, sibi vindicare vim atque effectum, contendant. At nemo omnium, excepto fortasse Cl^o Jolly, credit, experimenta esse instituenda, quibus ea, temperaturae vis atque efficacitas numeris exprimi atque velut sensibus subjici posset. Neque tamen negandum, haec experientia, quum vix ulla spes affolget, fore, ut successus exoptatus contingat, talia non esse, quae cuique desiderium moveant ipse suscipiendi. Jolly de hac re talia profert (44): «Untersuchungen dieser Art gehören zu den schwierigeren. Will man seiner Resultate sicher sein, so muss mit demselben Membranstück und der gleichen Lösung der Ver-

(43) Cfr. Untersuchungen über einige Ursachen der Säftebewegung etc. pag. 6.

44) I. c. pag. 136.

«such bei verschiedenen Temperaturen mehrmals wiederholt werden. Die Dauer der Versuche dehnt sich auf mehre Wochen aus. In dieser langen Zeit ändert sich aber die Beschaffenheit der Blase, es lösen sich endlich von der stets erweichten Blase Theile ab; es treten Verletzungen durch das häufige Abtrocknen ein, oder es beginnt gar, namentlich in der höheren Temperatur, eine Fäulnis. Einzelne Stellen werden hierdurch schadhaft, durch die erweiterten Stellen tritt eine Bewegung der Flüssigkeiten, ein Austausch nach hydro-dynamischen Gesetzen ein, und es werden somit in kurzer Zeit die endosmot. Wirkungen gänzlich verdeckt.» Quibus ex verbis Cl^r Jolly omnes, intelligimus, difficultates in vi temperature aeris accurate definiendis obvias, probe perspexisse: attamen hanc vim non ab omni eum parte ponderasse atque mente comprehendisse, ea, quae illis subjungit, verba nos edocent. Namque ait: „Ich schliesse überhaupt nur auf eine Erhöhung des Aequivalents in jenen Fällen und für jene Stoffe, für welche wiederholte Versuche ein höheres Aequivalent bei höherer Temperatur angehen, und schliesse umgekehrt auf eine Erniedrigung des Aequivalents bei zunehmender Temperatur, wenn die Versuche constant dies andeuten.“ Ex his virum doctum apparet, totum aeris temperaturae effectum salis aequivalentinus aut adactus aut minutis contineri, credere; at temperaturae efficacitas duobus se exhibere potest modis: 1) ad aquae copiam, sal compensantem, valendo id, quod jam Jolly viderat; 2) substantiarum per membranam transitum accelerando vel retardando, producto endosmotico ea in re vel mutato, vel eodem manente.

Quam ob rem in periculis cum in sincem facilitatis duae potissimum res agendae erant, ut et incommoda, quae Jolly indicavit, evitarentur et uteque modus, quo aeris temperatura vim suam exhibere posset, respiceretur.

Equidem duobus his postulata tali methodo magis minus satisfecisse mihi videor.

Fistulam, quam membrana humefacta instruxeram, accurate pensitatam, postquam certa aliquibus salis copia immissa fuerat, in quantitatem aquae dest. et ipsam pensatam immergam, tempore, quo id factum erat, nec non aeris temperatura annotatis. Horis 16 vel 20 circumactis, quem processum interrupsem, fistulae trutina examinatae pondus notabam, idque, quod continebatur, postquam in fornace calore 80° C. evaporaverat, re-

sidiuum in balneo aeris, temperatura 440° C. exsiccatum, pondrabam. Quodsi de pondere quantitatis salis, initio experimentis adhibitaes, pondus residui deduxeris, salis egressi pondus habebis. Inde, si de fistulae cum contento pondere, quod finito processu, repertum est, pondus fistulae humectatae solius cum pondere residui salis deduxeris, copiam aquae ingressae obtinebis. Tum, si in cylindrum eadem, qua ante, membrana instructum, tantundem, quantum ante salis ejusdem conjecteris, tabuluseque, in parem fluidi exterioris copiam immersus, ibidem tamdiu manserit, quamdiu antea manserat, denique, ut paucis absolvam, si, excepta aeris temperatura, ceterarum conditionum nulla mutata fuerit, omnes eos numeros, qui a prius repertis discrepant, ad temperaturae diversitatem referendos esse, quibus facile intelligit. Quibus in periculis, quum non, ut Jolly praecipit, eo usque expectavimus, donec tota salis copia e cylindro provenisset, verum qualibet tempore processus interrumpi queat, putredini, quam verissime vir doctus admonuit periculus impedimento esse, occurritur. Deinde non modo aquae copiam, quae salis egressi quantitatem compensat, numeris conceptam habes, sed etiam edoceris, quantum salis intra idem temporis spatium, aeris temperatura diversa, exierit. Hac in re monendum videtur, me judice, admodum esse incommode in ejusmodi experimentis factitandis temperaturae aëris differentias minores praecopare, quam quidem rationem Jolly sibi inveniendam esse arbitrabatur. Mibi, quum id agamus, ut temperaturae efficiencia primum cognoscatur, tongue aptius videtur, discrimina ponere majora atque manifestiora, minimum graduum 8—10, ut scilicet vis atque effectus apertius in conspectu veniat.

Praemissis, quae necessaria videbantur, ad ipsa transiturus sum experimenta, ad quae omnia vesica urinaria suilla utebar.

1) N. 12. (I.) fistula vacua et humida	25,153.	2) N. 12. (II.) fistula vacua et humida	25,153.
SO ₃ NaO	1,000.	SO ₃ NaO	1,000.
Copia fluidi exter. = 667 gramm.		Copia fluidi exter. = 667 gramm.	
Experim. dur 15½ hor.		Experim. dur. 15½ hor.	
Aeris temper. = 7,13° C.		Aeris temper. = 20,5° C.	
Post exper. interruptum fist. aequalit 33,222.		Post exper. interr. = 33,800.	
Copia salis egressi = 0,588.		Copia salis egressi = 0,294.	
Copia aquae ingressae = 7,657.		, aquae ingressae = 7,958.	
X = 13,02.		X = 27,06.	

3) N. 11. (membr. rec.) fist. vac.
et hum. 19,777.
 SO_3NaO 1,000.
Copia fluidi exter. = 400 grmm.
Exper. dur. 20 hor.
Aëris temper. = 12° C.
Copia salis egressi = 0,493.
,, aquae ingress. = 5,556.
X = 10,95.

5) N. 7. (membr. rec.) fist. vac.
et hum. 27,543.
 SO_3NaO 1,000.
Copia fluidi exter. = 400 grmm.
Exper. dur. 20 hor.
Aëris temp. = 12,2° C.
Post exper. interr. = 32,618.
Copia salis egressi = 0,190.
,, aquae ingr. = 4,565.
X = 9,34.

7) N. 12. (III) fistula vacua et
humida 25,153.
 SO_3NaO 1,000.
Copia fluidi exter. = 667 grmm.
Exper. dur. 16 hor.
Aëris temper. = 8,06° C.
Post exper. interr. = 33,828.
Copia salis egressi = 0,378.
,, aquae ingress. = 8,253.
X = 14,4.

9) N. 8 (V.) fist. vac. et humi-
da 28,238.
 Cl Na 1,000.
Copia fluidi exter. = 715 grmm.
Exper. dur. 16 hor.
Aëris temper. = 6,33° C.
Post exper. interr. = 34,004.
Copia salis egressi = 0,864.
,, aquae ingressae = 5,630.
X = 6,52.

11) N. 8 (VI.) fist. vac. et humili-
da 28,238.
 Cl Na 4,000.
Copia fluidi exter. = 715 grmm.
Exper. dur. 16 hor.
Aëris temper. = 7,43° C.
Post exper. interr. = 34,182.
Copia salis egressi = 0,793.
,, aquae ingressae = 5,737.
X = 7,23.

4) N. 11. (I) fistula vacua et
humida 19,777.
 SO_3NaO 1,000.
Copia fluidi exter. = 400 grmm.
Exper. dur. 20 hor.
Aëris temper. = 23,7° C.
Copia salis egressi = 0,477.
Copia aquae ingress. = 7,629.
X = 16,0.

6) N. 7. (membr. rec.) fist. vac.
et hum. 27,505.
 SO_3NaO 1,000.
Copia fluidi exter. = 400 grmm.
Exper. dur. 20 hor.
Aëris temper. = 23,7° C.
Post exper. interr. = 34,795.
Copia salis egressi = 0,342.
,, aquae ingr. = 6,632.
X = 19,4.

8) N. 12. (IV) fistula vacua et
humida 25,153.
 SO_3NaO 1,000.
Copia fluidi exter. = 667 grmm.
Exper. dur. 16 hor.
Aëris temper. = 21° C.
Post exper. interr. = 33,436.
Copia salis egressi = 0,371.
,, aquae ingr. = 7,604.
X = 20,5.

10) N. 8 (III.) fist. vac. et hu-
mida 28,238.
 Cl Na 1,000.
Copia fluidi exter. = 715 grmm.
Exper. dur. 16 hor.
Aëris temper. = 19,0° C.
Post exper. interr. = 34,511.
Copia salis egressi = 0,839.
,, aquae ingressae = 6,412.
X = 7,28.

12) N. 8 (IV.) fist. vac. et hu-
mida 28,238.
 Cl Na 1,000.
Copia fluidi exter. = 715 grmm.
Exper. dur. 16 hor.
Aëris temper. = 19° C.
Post exper. interr. = 34,904.
Copia salis egressi = 0,862.
,, aquae ingr. = 6,666.
X = 7,57.

13) N. 7. (I) fist. vac. et humili-
da 26,671.
 Cl Na 1,000.
Copia fluidi exter. = 250 grmm.
Exper. dur. 16 hor.
Aëris temp. = 9,42° C.
Post exper. interr. = 31,954.
Copia salis egressi = 0,915.
,, aquae ingressae = 5,202.
X = 5,68.

15) N. 8. (membr. rec.) fist. vac.
et hum. 28,031.
 $\text{SO}_3\text{NH}_4\text{O}$ 1,000.
Copia fluidi exter. = 535 grmm.
Exper. dur. 16 hor.
Aëris temper. = 8,25° C.
Post exper. interr. = 35,011.
Copia salis egressi = 0,425.
,, aquae ingr. = 6,405.
X = 15,5.

17) N. 9. (membr. rec.) fist. vac.
et hum. 30,885.
 $\text{SO}_3\text{NH}_4\text{O}$ 1,000.
Copia fluidi exter. = 242 grmm.
Exper. dur. 16 hor.
Aëris temper. = 9° C.
Post exper. interr. = 38,007.
Copia salis egressi = 0,852.
,, aquae ingr. = 6,978.
X = 8,2.

19) N. 10. (I) fistula vacua et
humida 23,364.
 CINH_4 1,000.
Copia fluidi exter. = 420 grmm.
Exper. dur. 16 hor.
Aëris temp. = 8,25° C.
Post exper. interr. = 25,702.
Copia salis egressi = 0,991.
,, aquae ingr. = 2,329.
X = 2,35.

21) N. 4. (I) fistula vacua et hu-
mida 22,877.
 CINH_4 1,000.
Copia fluidi exter. = 231 grmm.
Exper. dur. 16 hor.
Aëris temper. = 9° C.
Post exper. interr. = 25,402.
Copia salis egressi = 0,991.
,, aquae ingr. = 2,505.
X = 2,54.

22) N. 4. (II) fistula vacua et
humida 22,877.
 CINH_4 1,000.
Copia fluidi exter. = 231 grmm.
Exper. dur. 16 hor.
Aëris temper. = 25,75° C.
Post exper. interr. = 25,381.
Copia salis egressi = 0,991.
,, aquae ingr. = 2,525.
X = 2,54.

23) N. 8. (II.) fistula vacua et humida	28,031.
$\text{SO}_3 \text{MgO}$	1,000.
Copia fluidi exter. = 311 grmm.	
Exper. dur. 16 hor.	
Aëris temper. = 9° C.	
Post exper. interr. = 33,795.	
Copia salis egressi = 0,107.	
,, aquae ingr. = 4,871.	
X = 45,5.	

25) N. 8. fistula vacua et hu- mida	28,031.
$\text{SO}_3 \text{MgO}$	1,000.
Copia fluidi exter. = 200 grmm.	
Exper. dur. 16 hor.	
Aëris temper. = 8,62° C.	
Post exper. interr. = 33,925.	
Copia salis egressi = 0,248.	
,, aquae ingressae = 5,142.	
X = 20,73.	

Producta endosmotica Magnesiae sulphur. tam magna sententiae ante prolatae veritatem confirmandas valeant. (vide pag. 51).

Ex quibus, aëris temperaturam, liquet, pro salium diversitate, diversam vim exhibere. Etenim Magnesia sulphurica, ut exemplo utar, temperaturae gradibus adscendentibus, minore aquae quantitate compensatur, quam temperie aëris descendente, in casu tamen priore salis egressi quantitate longe magiore apparente. Contra Natri sulphurici tantudem, calore adacto, quantum minuto, provenit, at in salis egressi locum multo major aquae quantitas succedit, quo fit, ut temperatura aëris adscendente, productum endosmaticum augetur. Qua ipsa in re verus membranae effectus est positus. De salium diffusione Grabam⁴⁵⁾ observaverat, copias productorum diffusionis directa cum aëris temperatura ratione contineri; quod idem ego ex. gr. de Magnesia sulphur. cognovi. Quod vero, tempries aëris sive adscendit, sive descendit, salis egressi copia sibi constat, totumque discrimen non nisi copia aquae, sal compensante, consistit; hoc sane proprium est soli processus endosmoticus, quippe in quo membranā simplicem diffusionis rationem commutet.

Ad experimenta de vi temperaturae quod attinet, etsi illo-
rum numerum longe minorem esse, aperte confiteor, quam ex

quo certas deducere ausim conclusiones, tamen haud nimium mibi sumere videor, si hanc rationem, qua, temperatura efficiens ad duo revocata momenta, haec rursus inter se diudicantur queraturque, num aëris tempries ad salia alterutro modis vim suam exhibeat, pro aptissima atque verissima habeam, quam ad plura experimenta adhibitam, sperare possimus, optimos praebitaram esse eventus.

Sub fine commentationis, quae ex institutis a me experimentis colligi possint, paucis ac breviter complecti liceat.

1) Endosmosis non est nisi diffusio, membrana intercedente modificata.

2) Ordines sunt salium, quibus in apparatu endosmotico aquae copiae perquam similes respondeant, acido, quo sal constitutum sit, gravissimas ea in're partes agente.

3) De hoc acido talis obtinet regula, ut quo facilius acidum diffundatur, eo minore sal aquae quantitate compensetur et vice versa, quanto acidum diffundatur difficultius, tanto majore sal producto endosmotico utatur.

4) Aequivalentia endosmotica, qualia Jolly statuit, nulla sunt.

5) De aëris temperatura si quaeratur, eo quidem non pari semper cernitur effectu, sed, pro diversa salis natura, forsitan etiam pro diversitate membranae, diversum in modum valet; modo salium tantum per membranas transitum adjuvando, modo aquae copiam sal compensantem valde augendo, modo utrumque, quem diximus, effectum exhibendo, nonnunquam deinde, id quod experimenta Ammonio chlorato atque ex parte pericula quoque sale culinari instituta demonstrarunt, nullam omnino vim exercendo.

6) Membranarum animalium crassities in processum endosmot. vel nulius vel quidem parvi momenti est; contra omnia a membranarum **densitate** pendent.

7) Processus endosmot. optimam nobis offert rationem, qua relativam membranarum diversarum densitatem comparando definiamus.

Theses.

1. *Chloroformyli ad organismum humanum effectus ex solis processus endosmotici legibus repeti potest.*
 2. *Iridis condylomata statuere non modo respectu pathologico-anatomico, verum etiam anatomico falso est.*
 3. *Situs horizontalis longum per tempus continuatus in spondylarthroce plus obest, quam prodest.*
 4. *Graviditas usum Mercurii in syphilitide constititionali vetare nequit.*
 5. *Ovula non coitu, sed mensium tempore ovarium relinquent.*
 6. *Ovulum humanum nunquam ante diem decimum secundum, postquam menses apparuerunt, transitum suum per tubam perficit.*
 7. *Peripherias pelvis muliebris mensuratio medico obstetricio nequaquam omittenda est, aequae ac thoracis mensuratio therapeuta.*
 8. *Dictum illud: qui bene dignoscit, bene medebitur, verum non est.*
-